Sol. ibi ratione etatis reſtituit, non alia. Alia ſolu. eſt, quod ibi
c in ciuili, hic in criminali; ſed truffa eſt. † ideo dic,[c] ꝙ quedaꝫ eſt
2 reſtitutio, que conceditur per officium iudicis, ꝛ ex edicto preto
ris mortui, vel ex cauſa etatis, vel abſentie, ꝛ ſimilium, ꝛ illã po
teſt concedere preſes, vt econtrario. Quedam eſt, que ſit ex ſola
miſericordia, ꝛ iſtam ſolus princeps concedit, vt hic, in hoc. §.
3 ¶ Not. tria mirabilia. † Primo quero, in q. quaꝫ diſputaui, an
iudex maleficiorum poſſit ex officio ſuo examinare teſtes a par
te non productos: ꝛ dixi ꝙ ſic, per l. ij. C. de abo. ꝛ hoc vbi iudex
querit de partis innocentia, parte non poſtulante: Pro hoc l. ſi
non defendantur. j. tit. j. de qua fecit mentionem in l. iiij. hoc au
4 tem iudicium. ſ. de dam. infe. ¶ Scdo no. † ꝙ ĩ cauſis maleficio
d rum poſſunt recipi teſtes, etiam poſt concluſionem [d] cauſe etiã
poſt publicationem, vt hic, ꝛ eſt caſus. j. eod. l. vnius. §. reus. ſm
vnã lec. ꝛ ibi no. Et audio, ꝙ Io. An. tꝫ hoc in c. fraternitatis. ð
5 teſti. † Tertio not. ad q. diſputatã per Rich. vtrum defenſiones
e facte pro reo, proſint mandatori, vel eꝯ. Et dic, aut reus recipie
bat teſtes pro vtroque, ꝛ tunc vtrique prodeſt, vt hic, ibi, vt ad
certiorem ipſius de ſe confeſſionem peruenires, ꝛc. ſi autem exa
minaret pro vno tantum, tunc non prodeſſet alteri, dicta l. de-
f nunciaſſe. §. final. ꝛ quod ibi dixi ſupra, de adulter. Item not.
ad aliud, quod tota die occurrit, ſi aliquis eſt in carceribus
condemnatus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

condēnatus, ⁊ ante executionem ſententie, conſtat de innocētia,
6 certe† Poteſtas, qui eū condēnauit, nō pōt eū abſoluere; vt hic
in ſi. principi tn tenetur dare petitionem vel cōi, vt abſoluat, vt
hic in ſi. ibi, Quid igitur: Principi, ⁊c. Nā cū ſit condēnatus in
pecunia, que dꝫ peruenire ad cōe, merito cōe pōt, ⁊ debet abſol
uere. Idem dico, ſi eſſet in perſona cōdēnatus, qꝛ hoc pōt fieri, ⁊
g loquoꝛ de ciuitatibus, que nō recognoſcunt ſꝑ principē. ¶ †No.
7 etiam hoc[d] ad aliud, continetur in actis, ꝙ talis ſponte confeſ-
h ſus eſt, tamen verū eſt, quod confeſſus eſt per toꝛmenta, erit ne
notarius falſus: Et hic videtur, ꝙ nō. in pꝛin. ibi ſi qs vltro ⁊c.
⁊. j. ſequuntur ibi, cū in toꝛmentis cōſtiterit, ⁊c. Et ſic dicit ſpōte
confeſſus ille, q in toꝛmentis eſt cōfeſſus, ⁊ ſꝫm hoc debemus ex
ponere conſtiterit, ſcilicet de cōfeſſione illius ſerui. Et ſi dicis,
quomodo dicitur ſponte confeſſus, cum dicit per toꝛmēta, Dic
i ꝙ ipſe perſeuerauit in confeſſione, vt s. ca. l. §. diuus Seuerus.
⁊ l. ij. C. de cuſto. reoꝛum. vel aliter ſi confeſſus eſt in actu toꝛtuꝛe
hoc non poteſt dicere notarius, Nec ob. ibi, conſtiterit, ⁊c. quia
expone, conſtiterit ſcilicet de innocentia, ⁊ ſic non refert ſe ad
k confeſſionem, ſed ad ſerui innocētiam, vt hic patet, ⁊ no. bene k
omnia pꝛedicto.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Si quis vltro. Ad materiā huius §. vide l. relegati. ⁊
quod ibi no. j. de pe. ⁊ per illum tex. dicit Bar. in l. ij. C. d ſen. ex
breui. recitan. quod Princeps poteſt ſuam ſentētiam coꝛrige-
re, ⁊ ibi vide Bal. vtrum Papa poſſit ſuā ſententiam reuocare.
¶ Rom. Adde Rom. conſil. cclxxiij. pꝛo iſto.
b Alex. ¶ Dicit ſtatutum. Statutum dicit, ꝙ banniti rebānian-
tur, an videātur reſtituti, vel habere ſimplicē indulgētiam: Ui-
de in ſi. C. de ſent. paſ. ⁊ quod dixi ibi, ⁊ adde ꝙ Jaco. de Bel. in
c. domino guerram. in pꝛin. poſt no. ibi in ti. hic finitur lex Loꝛ-
ra diſputauit queſtionē de reſtituto ꝑ pꝛincipem, vtrū recupe-
ret bona alienata ꝑ fiſcum, que fuerūt cōfiſcata, ⁊ ibi refert Bal.
vbi finaliter dicit, ꝙ nō: qꝛ quedam ſunt, que deueniunt in aliū
immediate per ipſam cōfiſcationem, vt eſt tex. ⁊ exemplū in aut.
bona dānatoꝛum. ⁊ ad illa intelligitur facta reſtō. Quedā ſunt,
que veniunt mediate ꝑ alium ɔ̄ctum, ⁊ in illis ſecus eſt, argu. l. j.
C. ne ſi. rem quā vēdi. euinc. lib. x. ⁊ in c. quāuis. de reſcri. in vj.
Sicut etiam dicimus in legitimato poſt moꝛtem patris, ꝙ aut
legitimatur poſt aditam hereditatem ꝑ legitimos, ⁊ non aufert
eis bona. Aut ante, ⁊ tūc ſic, vt no. Mod. de liber. ⁊ poſthu. in l.
Gallus. §. ⁊ quid ſi tātum. ꝙ videtur ɔ̄ pꝛedicta. Tamen ſi here
ditas eſt adita ab agnatis, tunc iſta acquiſitio pꝛocedit per im-
mediatam cauſam deficientis linee legitimationis, ⁊ officio ſui
heredis, quo ad ſuitatem reſcinditur acquiſitio, quaſi nauitate
poſthumi, quod poteſt eſſe verum, quādo Princeps reſtituerit
natalibus; ſed ſecus in reſtitutione, quam faciunt iſti Comites,
qꝛ non videtur conſenſiſſe Princeps, quod auferatur eius pri-
uilegio ius queſitū alteri, l. quoties. C. de pꝛec. Jmp. off. ⁊ l. nec
auus. C. de emā. liber. quia ſic inciperet fieri edictum iniquum
per Principis pꝛiuilegium, ar. ff. de vul. ⁊ pup. l. ex facto. Et ꝙ
legitimatio operetur potentius quā ius cōmune, patet C. de na
tura. lib. in aut. itē ſine legitimis. ⁊ ibi, pꝛincipis ac legis dona.
⁊ facit extra de aut. ⁊ vſu pallij. ca. ex tua. ⁊ C. d bo. vac. in l. ſi qñ.
⁊ in l. pꝛinceps bona. j. de ver. ſignific. Sed poſito, quod legiti-
matus reſtituatur ad bona, vtrum agnati, qui medio tꝑe poſſe-
derunt, teneātur ad reſtitutionē fructuum ꝑceptoꝛum, vel in re
bus hereditarijs: Reſponde non. Pꝛo hoc eſt text. no. in aut. de
Neſtoꝛianis. C. de here. Bal. in c. domino guerrā. pꝛealle. ⁊ eun
dē Bal. in l. j. C. de her. inſti. ⁊ in l. ſi. C. de ſen. paſ. Et ad hoc no.
vide que dixi in l. ſi. j. de pe. ⁊ Ang. in d. l. Gallus. §. ⁊ quid ſi tā
tum. vbi ponit queſtionem Bald. in d. c. domino guerram. An
reſtitutus a Rege impetret feudum, qd habuit a Rege, vel ab
alio, vide in d. cap. domino guerram. ⁊ ad hoc no. ⁊ in l. fratres.
j. de penis. vide do. Abb. in c. inter quatuoꝛ de maioꝛitate ⁊ o-
bedietia. ⁊ Ant. de But. in c. quamuis. de reſcri. in vj. ⁊ vltra hic
no. vide Bar. in l. abſentē. j. tit. j. ⁊ dixit Bart. in l. quid ergo. §.
pena grauioꝛ. s. de his qui no. infa. in ver. quero vtrum.
c Alex. ¶ Jdeo dic. Uide Bal. in d. c. domino guerram. in pꝛin.
in titu. hic finitur lex coꝛra. vbi queſiuit, Rex Francie condēna
nauit aliquē ad moꝛtē, ⁊ dum duceretur ad patibulū, quoꝛūdā
rogationibus eidem pepercit ipſum reſtituendo, queritur an re
ſtitutum ſit ei feudum: dic vt ibi per eum.
d Alex. ¶ Poſt concluſionē. Et poteſt eſſe ratio, quia concluſio in
cā ⁊ renunciatio pꝛobationū idem ſunt, vt no. per Bar. ⁊ ibi dixi
in authē. iubemus. C. de iud. ⁊ gl. in c. cū dilect⁹. de ſi. inſtr. Sed
certe ſicut non poteſt in criminalibus expꝛeſſe renūciari pꝛoba-
tionibus, ⁊ defenſionibus, vt eſt glo. in l. pactū inter heredē. ff. d
pact. ita nec per concluſionem in cā. Unde intelligerem dictum
Bar. habere locū ſecūdum ea que ſcripſi poſt. Bal. in d. authē.
iubemus. licet Ang. in d. auth. videatur ſentire cōtra Bar. hic:
ſentit tamen Ang. ibi in vno cum Bart. hic, ſcilicet quod poſſit
concludi in cauſis criminalibus, pꝛo quibus, videtur tex. ſecun
dum vnū intellectū, in l. quamuis indubitati. C. de adul. Sed in
contrarium facit ratio s. dicta. Et tenet Bal. in l. j. in ver. quero
quarto. de condi. indebit. C. Sed poteſt dici, quod tacite pōt cō
cludi in cauſa criminali, puta ſi reus paſſus eſt labi omnes dila
tiones ſibi datas ad pꝛobandum, quo caſu nō debet admitti am
plius, l. fin. ff. de ferijs. ⁊ not. Bal. in l. j. C. qui accuſa. Et ꝙ dicit
hic Bar. intellige quod admittatur officio iudicis. Sed quod
concludatur in criminali cauſa, Bal. in d. l. j. ver. ſed hic dubita
tur. imo dixit Bar. per iſtum tex. in l. ſi. C. de ferijs. ꝙ iudex de
bet perquirere etiam reo non petente defenſionem etiam poſt
ſententiam. Adde omnino Bar. in l. diui fratres. j. de pen. ver.
vlterius quero, vtrū. ⁊ in l. ij. §. ſi publico. de adul. per Bar. Bal.
in l. pꝛeſbyteri. C. de epiſ. ⁊ cle. per Bar. in l. pen. §. ad crimē. ſu
pꝛa de publi. iudi. Et quid de inſtrumentis, vide in dicta l. diui
fratres. ⁊ vide Barto. not. in l. j. de condic. inde. ⁊ Bald. in aut.
at qui ſemel. C. de pꝛob. Jnnoc. in c. cum clamoꝛ. de teſti. Bald.
in l. edita. de edend. vbi not. vide Bal. in fin. ſupꝛa de ferijs, ⁊
que ibi dixi.
e Alex. ¶ Pꝛoſint mandatoꝛi. An pꝛobationes facte pꝛo reo ꝓ
ſint mandatoꝛi adde Jo. And. in c. ratihabitionē. de reg. iur. in
mercu. ⁊ ꝙ no. Barto. in l. adulter. §. ſi eo tēpoꝛe. s. de adul. Et
quid de pꝛobationibus factis contra vnum ex inquiſitis, vide
d. Ant. ⁊ doct. in c. dilecto. de pꝛeben.
f Alex. ¶ Jtē no. Uide no. in l. ſi quis poſt. de teſta. vbi ꝑ Jmo. ⁊
ꝙ no. Bal. in l. addictos. C. de epiſ. aud. ⁊ in l. j. in vlt. col. C. d cō
fe. ⁊ Jmo. in l. is qui reus. ⁊ in l. j. ſupꝛa de pu. iu. ⁊ Sal. in l. j. C.
qui accu. ⁊ Jmo. ⁊ ibi not. in c. ij. de purga. vul. ⁊ Jnn. in c. ſi quā
do de of. dele. ⁊ melius in c. paſtoꝛalis. eo. titu. que no. alle. Bal.
in d. l. addictos. ꝙ ſi iudex videt ſententiā iniuſtā. debet ſuperſe
dere in executione. ⁊ vide Jmol. in l. a d. no Pio. in pꝛin. ſupꝛa
de re iud. ⁊ in c. ij. in d. ti. de pur. vul. ⁊ ibi no. ¶ Claud de Seyſ
ſel. Nunquid autem iudex poſſit minuere penam late ſentētie,
vide tex. ibi Cy. Bald. ⁊ doct. in l. interdicimus. C. de epiſco. ⁊
cleric.
g Alex. ¶ Non recognoſcūt. Uide ad hoc ſupꝛa de pu. iud. Bar.
to. in l. infamem. ⁊ in repeti. l. omnes populi. s. de iuſt. ⁊ iur. Po
h ma. ¶ No. etiam hoc. Uide Ale. in l. qui in aliena. §. ſi. in vl. col.
s. de acquirend. hered. ⁊ in con. j. vo. iij. Bar. conſ. vj. vol. j. Ale.
in d. §. ſi. in apoſtil. Ana. conſi. xvij. Bar. in c. cum M. de cōſti
tu. Aret. cōſi. xiiij. Et adde, ꝙ ſi poteſtas dicit aliquē ſpōte con-
feſſum, poſtea vero dicit ſe toꝛtum, quod incumbit onus pꝛoban
di poſt ſpontaneam, ⁊ voluntariam confeſſionem. Jta Archi. in
conſ. xxiiij.
i Claud. de Seyſſell. ¶ Perſeuerauit in confeſſione. Uide ad hu
ius intellectum Aret. in c. cum dilectus. de accuſat. ⁊ Fely. in c.
conſanguinei. de re iudic.
k Alex. ¶ Et not. bene. Et idem tenet Ange. in l. qui in aliena. §.
Celſus. de acqui. here. licet hic de Bar. non faciat mētionem, ⁊
tandem concludit, quod aut erat confeſſus in actu toꝛture, tunc
punitur de falſo. Aut nō, ⁊ non punitur; Et pꝛo hac diſtinctiōe
not. tex. in auth. ſacramenta. C. ſi aduer. vēd. ⁊ l. ſi quis maioꝛ. C.
de tranſa. vbi tex. aperit, ꝙ nō dicitur fieri ſpōte, ꝙ fit metu, ſeu
imperio cogente. Sed quid ſi notarius in confeſſione illius toꝛ
mentati exiſtentis in toꝛmentis nō ſcribit, ſponte factam confeſ
ſionem, ſed volūtarie factam foꝛe. Dic, ꝙ nō punitur de falſo, vt
dicit Bal. maxime in notabilibus, iſtud eſſe ſuum dictū in ca. j.
§. iniuria de pace iur. fir. Et huius eſt ratio, quia licet voluntas
ſit coacta, voluntas tamē eſt, vt j. de re. iur. l. velle nō creditur l. ⁊
s. quod met. cau. l. ſi mulier. §. pe. l. ſi patre cogēte. s. de ritu nu.
⁊ vide ad pꝛedicta not. per Bald. in l. ſi quis nō dicā rapere. C.
de epiſ. ⁊ cle. cum ibi no. ad Bar. hic vide Ange. s. ea. l. §. diu⁹. ⁊
ꝙ no. Bal. ⁊ Ang. in l. iiij. ꝙ me. cau. ſed Bal. in l. j. C. ex deli. de
funct. dicit, ꝙ alio modo ſaluari nō poterit, videlicet ꝙ nō fuerit
toꝛtus, vt ſic reſpōderet de aliqua veritate ſuper alia re ſe poſt-
ea ipſe hoc cōfeſſus eſt. ꝙ no. ⁊ per eundē Bald. in l. j. C. de cōfeſ.

LEX II.

HEreditarij Opp. de l. j. §. pꝛoxi. §. ſi. qs dicatur. vbi debet pꝛius exa
minari ad quem pertineat, antequā toꝛqueatur: hic di
citur econuerſo. Solutio, ibi erat in poſſeſſione ſerui
ille contra quem petebatur toꝛqueri, ideo poſſeſſio faciebat con
tra eum pꝛeſumptionem alias ſecus. Hodie etiam ſi conſtaret
cuius eſſet ſeruus, poſſet ſeruus toꝛqueri in caput domini, l. ſin.
C. eo. titulo. Jta dicit gl.

LEX IIII.

DE inceſtu. De hoc videbitis infra. l. pꝛox. ſequen. ⁊ vidiſtis in l. ſi poſtula-
uerit, ſupꝛa de adul.

LEX V.

1 ☞ Pena in adulterio variatur ſcḋm conditionem perſone.
**SI quis viduam.** Eppo. de l. quāuis. in fi. C. de adul. ⁊ au
then. ibi poſita, vbi non deportantur propter adulte-
rium. Glo. quedam dicunt quod alia pena erat olim,
alia hodie. Ita. in l. ij. §. miles. ſupra de his qui notan. infa. ⁊ l.
qui cum vno. §. adulterij. infra de re mili. ⁊ l. Claudius. de his
1 quibus vt indig. Alia glo. dicit hic, † quod in crimine adulterij
ſit variatio pene, ſecundum conditionem perſone: quia aliter pu
nietur nobilis, aliter ignobilis. Et hanc opinionem videtur te-
nere Cy. in lege contraria.

LEX VI.

**PAtre vel marito.**
**§ Cum de falſo.** De hoc vidiſtis ſupra eodem, l. hereditarij.

LEX VII.

1 ☞ Iudex an teneatur de eo qui mortuus eſt in tormentis.
a **QUeſtionis.** a Dicitur hic, queſtiōis modū,
⁊c. Simile infra eod. l. de mi-
1 nore. §. tormēta. † Sed quid b ſi iudex torſit aliquē tan
b tū, φ mortuus eſt, l. aut damnū. §. j. infra titu. j. Videt
dicendū iudicē teneri. Breuiter dico ſic. Si iudex exceſſit modū
cōſuetū, ⁊ modū, qui debebat adhiberi ſm qualitatem perſone
torte tenetur: alias ſecus. c Hoc incidit mihi, quia dum viderem
inimicem robuſtum, torſi illum, ⁊ ſtatim fere mortuus eſt, ⁊ ideo
inſpiciendum eſt. an poſſit iudici imputari culpa, ⁊ ſimilia, vt di
cto contrario, ⁊ per Cy. in l. Gracchus. C. de adul.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Queſtionis. Vide q̄ dixi in l. vbicūq;. de interro. actio.
b Alex. ¶ Sed quid. Vide per Bar. ⁊ Ang. in tract. de queſtio. ⁊
Bar. in l. lex Cornelia. in prin. C. ḋ ſica. ⁊ Ang. in l. iij. §. de adu.
p Bart. in l. iij. C. de adu. p Pau. Leaza. in cōmento c. grauis ḋ
depo. facit l. lege. Iulia. ḋ. ff. ad leg. Iu. repetū. Bar. ī l. j. ḋ ſica.
c Claud. de Seyſ. ¶ Alias ſecus. Vide Bal. in l. j. C. de emēd. ſer
uor. ⁊ ibi Cy. ⁊ Saly. Quomodo autem puniatur iudex qui iniu
ſte aliquem torqueri fecit, vide Bald. in rub. C. de pen. iudic. q
male iudic. ⁊ in l. decuriones. C. de queſtio. Item an puniatur
qui iuſſu iudicis in caſu illicito aliquem torſit, vide Alex. remiſ
ſiue in l. non ſolum. §. ſi mandato. ḋ. de iniurijs.
d Alexan. ¶ Inſpiciendum eſt. Adde Bald. in l. Gracchus. C. ḋ
adul. ⁊ in l. j. C. de emen. ſeruor.

LEX VIII.

1 ☞ Tortura ſubſidiaria eſt.
2 Tortura adhibet in cauſis grauibus, ⁊ qualiter in pecuniarijs.
**EDictum.** No. nō ſemper quemlibet debere
poni ad torturam, ſed aliter fieri, ⁊
1 cum non ſufficit ad tormentum peruenire. † No. φ ad
tormenta peruenitur in ſubſidium cum aliter veritas
explorari non poteſt. † Item no. tormēta requiri in cauſis gra-
uibus, qualiter autem in cauſa pecuniaria perueniatur ad tor-
menta, videbitis infra l. proxi.

LEX IX.

1 ☞ Differentia quantum ad tormenta, inter cauſas pecunia-
rias, ⁊ capitales.
a **DIuus pius.** No. φ in ſubſidiū in cauſa pe-
cuniaria deuenit ad tormēta a
1 ſeruorum. † Quero, que ſit differētia q̄tū ad tormen-
b ta, inter cauſas pecuniarias, ⁊ capitales, ⁊ graues: b Et
c dico, φ in cā pecuniaria torquent tm̄ ſerui, non liberi, c neq; ſtatu
liberi. vt in hac l. fi. ſed in criminalibus. ⁊ grauibus etiam liberi
torquētur, vt ſupra l. prori. Itē, nō ita de facili peruenit ad tor
menta in cā pecuniaria, ſicut in cauſa capitali, ⁊ graui, vt hic.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Deuenit ad tormēta. Limitata, niſi cā pecuniaria ⁊ ci
uilis, habeat annexū crimē: q; tūc deuenit ad torturā. Tex. eſt
⁊ ibi doct. in c. j. de depoſi. ⁊ vide notab. infra codē in l. ex libero.
An in cauſis pecuniarijs qs poſſit poni ad torturā, ⁊ qn̄ debet
poni, vide Bar. in d. l. ſi quis adulterium. ff. de adulte. Adde tm̄
φ ſi agatur de falſo ciuiliter, ſi precedunt indicia, locus eſt tor-
mētis. l. ſicut falſi. ⁊ ibi Bal. C. de fal. Et ḋ iſta materia vide oīno
doctores in c. grauis. de depoſi. p Imo maxime in notabilib. ⁊
ibi vide notab. etiā Paul. de Leaza. Et ad materiā vnam adde
gl. xv. queſtio. iiij. in c. preſbyter. ⁊ vide Cy. in fi. C. de fal.
b Poma. ¶ Quero, que ſit. Ita ſingulariter Cy. in c. j. de depoſi.
vbi vide per omnes, ⁊ que no. in tex. iſtius legis.
c ¶ Non liberi. Hoc limita, vt per Alex. conſi. lxvij. vol. j. ⁊ vide
Abb. in c. j. in vlt. no. de depo. ⁊ Alexand. conſi. lxij. vol. iij. ⁊ So
cy. conſi. ccxix. vbi loquitur in cauſa vſuraria.

1 ☞ Teſtis examinatus qui non debuit examinari non probat nec
facit indicium.
**§ Ex quibus.** Tex. ibi, indicia ſine tormētis. Vel ali
ter, ſupra dixit, quādo depoſuit ſeru⁹
contra dominum ſuper ipſo facto: hic quando ſuper aliquo indi
1 cio. † Not. quod teſtis, qui non debet examinari, examinatus nō
probat, nec facit indicium, l. j. §. diuus. ⁊ §. diuus Seuerus. ſu-
pra eod. ⁊ dicam infra eod. l. maritus.
**§ De eo.** Duobus modis legitur. Primo, qn̄ quis eſt de-
portatus. an ſeruus qui eius erat. poſſit cōtra eū
torqueri, ⁊ dicit quod non, ⁊ iſto modo ponendo caſum eſſet cō
tra l. j. §. item Mummio. ſupra eodem. vbi ſeruus damnati tor
quetur contra eum, ideo non procederet. Scḋo modo poteſt po
ni caſus, φ ſeruus non dn̄s debens damnatur, ⁊ tunc non poteſt
haberi queſtio in dominum hic, ⁊ eſt bona iſta lect. per l. extra-
neo. §. fin. j. eod. Tertio modo poteſt poni. an deportatus in in-
ſulam poſſit vt ſeruus torqueri. Et dic, quod non: q; remanet li-
ber homo, ⁊ hanc tenet Dy. tangit hic gl. in verb. habēda. in fi.
ibi, Vel dic de libero. ⁊ poteſt eſſe ſatis bona.

LEX X.

1 ☞ Minor licet non admittatur in teſtem in criminalibus ta-
men tortus facit indicium.
**DE minore.** Ep. qḋ minor torqueatur, vt l.
j. §. impubes. ſupra ad Syllan.
Sol. non pōt torqueri ea tortura, qua torquētur ma-
iores: ſ; debet ferula, vel habena cedi, vt in ꝯrio. ⁊ no.
a C. de his quib. vt indi. ⁊ l. talis. in j. glo. Sed quero, a ad quid tor
quetur minor in cauſa criminali, cū non poſſit eſſe teſtis: vt l. in
1 teſtimoniū. ſupra de teſtib. Reſpond. ⁊ dico, † qḋ torquetur, vt fa
ciat indicium, ⁊ ſic erit caſus, vbi ille qui nō debet torqueri, tor
tus tamen facit indicium. de quo dicam infra eod. l. maritus.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Sed quero. Quero, ad quid torquetur. Vide Guid. de
Suza. in l. j. C. de preci. Imp. offe. adde Bal. ī l. eos. C. de teſtib.
quod not. ⁊ Bal. in d. l. talis. hic alleg.
**§ Tormenta.** No. de modo tormentorū. ⁊ de eorum
moderamine, vt dixi ſupra eo. l. que-
ſtionis. Item no. quod de domo rei nō debet initium probatio
nis aſſumi, l. nimis graue. C. de teſti.

1 ☞ Pars non poteſt mitterere procuratorē inſtructum, ſi iu-
dex vult quod perſonaliter compareat.
2 Iudex pro habenda veritate poteſt interrogare de circumſtan-
tijs etiam remotis, ⁊ ſe fingere velle quod non vult.
3 Examinans teſtes debet in actis ſcribere. quādo aliquid dicunt
trepidando. vel balbatiendo, vel aliter.
4 Trepidatio, pauor, ⁊ variatio quando dant indicia ad tortu-
ram.
Iudex cautus facit ſcribere in actis variationem, ⁊ trepidatio-
nem examinati.
Fama eſt duplex. vna hominis, alia inter homines.
6 Fama inter homines eſt duplex.
7 Fama eſt communis opinio voce manifeſtata ex ſuſpicione pro-
ueniens.
8 Communis opinio ⁊ communis eſtimatio ſunt idem, quando
voce manifeſtatur.
9 Manifeſtum, vel notorium dicitur id, quod cōmuniter dicitur
quod ſit certum ⁊ viſum a populo.
10 Fama in quo loco debet eſſe.
11 Fama non requirit de neceſſitate locum, ſed ſufficit quod ſit cō-
munis opinio eorum ad quos ſpectat.
12 Fama totius ciuitatis requiritur in negocijs magnis: in paruis
vero ſufficit fama vicinie.
Fama vt probetur requiritur quod ſit communis opinio eorū
vel maioris partis illius vniuerſitatis ad quos ſpectat, ⁊ ſic
quot homines faciant famam.
Decem vel viginti homines quando faciant famam.
14 Fama vt ſit probata debet eſſe opinio maioris partis hominū
ciuitatis. vel vicinie, vel etiam mulierum, ſecundum φ ſpectat
principaliter ad quemlibet.
15 Fama debet habere ortū a perſonis honeſtis, ⁊ fide dignis, non
maleuolis neq; ſuſpectis.
Fama poteſt habere ortum etiam a vilibus, quando habet ori-
ginem ab alio actu, quam a dicto perſonarum.
16 Fama ex quo tempore debet oriri.
17 Fama qualiter poſſit oriri tempore contracti maleficij.
18 Fama tunc dicitur vana vox populi qn̄ ſuſpicio non preceſſit.
19 Fama qualiter probetur.
20 Fama dicitur probata, quando teſtes dicunt, quod audiuerūt a
maiori

maiori parte hominū ſeu gentiū iſtius ciuitatis, ville, vel caſtri.
21 Teſtis qui dicit, quod eſt publica vox ⁊ fama, non probat, ſi nō reddit aliam rationem.
22 Teſtis qui dicit, quod eſt publica vox, qui audiuit publice dici, comprobat; quia debet dicere a maiori parte hominū ciuitatis.
23 Teſtis deponēs ſuper fama debet nominare a quibus audiuit, non requiritur quod nominet omnes, ſed ſatis eſt quod nominet aliquos, ⁊ ab alijs de quibus non recordatur.
24 Fame probatio non vitiatur, licet teſtes deponentes dicant ſe a diuerſis hoc ſciuiſſe, diuerſis temporibus, ⁊ diuerſis locis.
25 Fama poteſt probari negatiue.
26 Fama ſi ꝓbatur ab vna parte affirmatiue, ab alia negatiue, ſtatur teſtibus dignioribꝰ; ⁊ ſic ſunt teſtes equales ſtatur illi fame, que proceſſit ex veriſimilioribus preſumptionibus.
27 Fama ſi probatur diuerſo tempore, puta maleficium factū vno tempore, ⁊ fama inocentie alio tempore, ſtatur vltime fame.
28 Fama quādo ꝯtria probatur reſpectu diuerſorū locorū, ſi ꝓbationes ſunt equales, neutri credit, alias inſpicit qualitas teſtium
29 Teſtis examinatus ſuper articulis, ſuper quibuſdam dixit ſe ſcire, ⁊ ſuper quibuſdam non, ⁊ ſuper articulo de fama, dixit qd̄ erat publica vox, ⁊ fama, ad que referatur.
30 Fame effectus quid ſit.
31 Statutum quod in certis caſibus ſufficiat probare maleficium per publicam vocem, ⁊ famam, intelligitur de fama, que habet originem ex probabilibus cauſis.
32 Fama non diuiditur inter ſimplicem, ⁊ publicam.
1 §. **Plurimum.** ¶ No. ex hoc ſolēni §. j. id quod dicit, ipſa vox. † Ex quo collige,[a] qd̄
a ſi iudex vult quod pars veniat perſonaliter ad reſpondendum, quod non ſufficit mittere procuratorem quantumcunq̄ inſtructum, q2 preſentia pſone, ⁊ cognitio vocis requiritur. dixi in §.
2 ad crimē. l. pe. ſupra de pu. iu. ¶ † Sed ego no. ꝙ infra dicit, cognitoris ſubtilis diligentia. Ex quo collige, ꝙ iudex poteſt interrogare p inueſtiganda veritate de circumſtantijs quibuſcunq̄ etiā remotis. Ad qd̄ facit, qd̄ no. C. de teſtib. l. teſtium. Poteſt etiam ſe fingere velle facere, ꝙ nō vult, vt videat quem actū fecit reus, vel teſtis qui examinatur, ⁊ qualiter ſe gerit. hoc etiā probatur extra de preſum. ⁊ afferte, ⁊ iſta eſt cognitoris ſubtilis diligētia
b ¶ Itē ſequitur, qua quis cōſtantia,[b] ⁊ trepidatione loquitur, ⁊ ſic vides, qd̄ conſtātia ⁊ trepidatio indicēt aliquid iudici. Et ex
3 hoc † dicit Inn. extra de probatio. c. quoniam cōtra. quod ille, q examibat teſtes. hoc debet facere ſcribi ī actis, hoc dicebat trepidando, ⁊ balbutiendo, ⁊ ſimilia. Idē tenet Spe. in tit. de teſte.
c nō recordor[c] in quo §. Et ex hoc † etiā habes, ꝙ etiā vbi alia indi
4 cia extrinſeca non procedunt, ex eo quod reus facit coram ſe, loquendo trepide, pauendo, ⁊ variando, pōt iudex habere indicia ſufficiētia ad torturam. Ita vides hic. Et ideo debet iudex examinator eſſe cautus, vt faciat dicta eius ſic varia, ⁊ diuerſa ſcribi in actis, ⁊ faciat ſcribere trepidationē, ⁊ ſimilia, ne ei poſſit dici, ꝙ fecit poni ad torturam, nō precedentibus indicijs. De hoc dicam latius ī. eo. l. fin. Item dicitur hic, cuius eſtimationis ⁊c.
d exponit gl. in verb. eſtimatiōis. id eſt, fame.[d] Ex hoc habes duo Primo, ꝙ fama alicuius eſt indicium ad torturam, vt hic. Secundo ne. ꝙ dicit in ciuitate ſua. Ex quo nota, ꝙ videt, ꝙ debeat eſſe fama in ea ciuitate, de qua ipſe eſt. De qua fama dicā in hoc §. ⁊ de alijs indicijs, dicā. ī. eo. l. fi. quia omnia iſta indicia faciūt ad illuminandum veritatem, vt hic dicitur. ¶ Veniamus ergo
5 ad videndum de fama. Et de hac fama modicum tractatur per gl. niſi quantum ponitur in l. iij. §. eiuſdem quoq̄. ſ. de teſti. De hoc etiam fecit vnum tractatū, in quo dixit modicum ⁊ bonum, quidā qui eſt vocatus dominus. Thomas de Piperata de Bononia, ⁊ vbicunq̄ ipſe aliquid dicit, ego dicam vobis. Spe. etiā in ti. de notorio crimine. etiam ponit de fama, ⁊ modicum, ⁊ non clare. Pro declaratione † ergo debetis ſcire, ꝙ duplex eſt fama. Vna eſt fama hominis, alia eſt fama inter homines. Fama hominis dicitur in bona parte, in mala parte dicit infamia, ꝺ qua fama, ⁊ infamia habetis infra de ver. ⁊ extraor. cog. l. cognitio. §. j. ⁊ in tit. de his, qui not. infa. C. ⁊ ff. de illa nihil ad preſens,
6 † Quedam eſt fama inter homines, ⁊ iſta eſt duplex. Nam quedā eſt fama de vno homine in genere bonitatis, vel malitie. Nā fama eſt, ꝙ eſt bonus, vel malus, ꝙ eſt fur, vel latro, ⁊ de iſta fama loquitur iſte text. ⁊ l. capitalium. §. famoſus. infra de pen. ⁊ l. nō omnes. §. a barbarijs. infra de re mili. cū ſimilib. Quedā eſt fama de aliquo facto particulari, vt ꝙ tale quid ſit. vel nō. de qua loquit l. iij. §. eiuſdē quoq̄ ſupra de teſtib. ⁊ alia iura multa, que infra alleg. De iſtis duabus videamus hic. Et primo † quero,[e]
7 quid eſt fama? Reſpōd. fama eſt cōmunis opi. voce manifeſtata
e ex ſuſpicione ꝓueniēs. Quare dico, cōmunis opinionis? Reſpōdeo ad differentiam[f] opinionis ſingularis. l. cū quidam. §. qd̄ di-
f citur. ſupra de acqui. here. ⁊ l. Labeo. ſupra de ſup. leg. Quare

dico, voce manifeſtata? Reſpon, q2 alia non eſſet fama, ſed ſtaret in nomine generis ſui, ſcilicet opinionis communis. Nam quādoque opinio cōmunis manifeſtatur vſu. l. Labeo. ſ. de ſuppel. leg. ⁊ rebus ipſis, ⁊ factis. l. de quibus. ſ. de legi. in fi. tūc nō dicitur fama, ſed dicitur eſtimatio, vel opinio cōmunis. Fama enim ſecūdum Hug. dicitur a fando, hoc eſt, ab loquēdo, ⁊ hoc poſuit ipſe ſup verbo, famulor. Unde niſi ſit locutio, non diceret fama.
8 Illud ergo † quod dicūt multi doc. ⁊ Thomas de Piperata, qd̄ fama, ⁊ cōmunis opinio, ⁊ communis eſtimatio ſunt idem, eſt verum, quādo cōmunis opinio, ⁊ communis eſtimatio voce manifeſtant: alias ſecus, vt dictū eſt. Quod dixi ex ſuſpicione prouenz
9 niens, hoc dixi ad differentiā manifeſti. † Nam ſi diceretur communiter aliquid qd̄ eſſet certū, ⁊ viſum a populo, illud eſſet manifeſtum, vel notorium. non fama, l. ciues. C. de appel. ⁊ l. ſi vero §. qui pro rei. ſ. qui ſatiſda. co. ⁊ quod dixi ī l. ab accuſatione. §. nūciatores. ſupra ad Turpi. Et hec ſufficiant circa diffinitionē.
10 ¶ † Quero ſecundo, in quo loco debet eſſe fama? Reſpondeo, fama ꝺ aliquo homine in genere, debet eſſe in loco ſue originis, vt hic, put dicit in ciuitate ſua. vel in loco illo, in quo cōuerſatur, ⁊ l. ij. ⁊ quod ibi no. C. vbi ꝺ cri. agi. opo. ⁊ ꝺ. l. nō omnes. §. a barbaris. ī. de re mili. ⁊ expreſſius extra de elect. c. iij. Sed fama alicuius rei, vel facti, ⁊ ponamus exemplū in delictis, q2 in iſtis plurimū queritur de fama, videtur quod debeat eſſe in loco delicti, l. j. C. vbi de crimi. agi. opo. ⁊ in aut. qui in prouincia. ⁊ l. ſi cui. §.
11 pen. ſ. de accu. Breuiter, † mihi videtur, quod fama nō requirat locum de neceſſitate. Nam illud quod dixi ſ. ꝺ fama, quod fama eſt communis opinio, debet intelligi communis opinio, ſcilicet eorum, qui hoc ſcire debent, ⁊ ad quos ſpectat ꝺ hoc ſcire, vt no. per gl. in l. cum quidam. §. quod dicit. ſ. de acqui. here. ⁊ ꝓbabo ſtatim. Nōne poſſemus dicere famam alicuius rei in iſta vniuerſitate, vtrum aliquis ſcholaris ſtudeat bene, vel male: vel vtrum fecerit furtum alicuius libri, vel non: ⁊ tamen iſta vniuerſitas nō habet certum locum: Hoc probatur in l. in ratione. §. qd̄ vulgo. ſ. ad leg. Falcy. ⁊ l. filiuſfamil. §. ſecūdum vulgarem. ſ. de leg. j. ⁊ l. vulgaris in princ. ſ. de fur. vbi dicit, ꝙ vulgo dicitur, ⁊ in quo vulgo dicitur illud: Reſpō. quod inter ſapientes, ⁊ ſtudētes, qui hoc debent ſcire. Item eſt queſtio vulgaris, id eſt vulgi, hoc eſt, inter ſtudentes. De neceſſitate ergo non requirit locū, ⁊ vbicunque reperies locum, ibi non ponitur locus, vt ſignificet locū, ſed vt ſignificet vniuerſitatem, que moratur in loco. Unde cū dico, fama eſt in ciuitate iſta, hoc eſt, inter homines huius ciuitatis:
g vel fama eſt in vicinia, hoc eſt inter homines illius vicinie. ad ꝙ facit. l. inter oēs, in prin. cū ſua gl. ſ. qui ſatiſd. cog. Itē ex eo qd̄ dixi, qd̄ dꝫ eſſe cōmunis opinio inter eos. inter quos ſpectat hoc ſcire, non attento loco, apparet, ꝙ ſi aliquis ciuis huius ciuitatis mortuus eſt vltra mare, dū eſſet in exercitu ꝯ Sarracenos, vel in aliqua militia in parte longinqua, ſufficit, quod ſit fama in terra ſua, in qua ſunt homines, ad quos ſpectat ſcire de morte ipſius, vt in aut. hodie. C. de re. ⁊ ſ. de adu. l. miles. §. pe.
12 ⁊ l. vlt. ſ. de here iſti. ¶ Itē ex eodē verbo quod dixi cōmunis opinio eorū, ad quos ſpectat hoc ſcire. habes quādo requiratur fama totius ciuitatis, ⁊ quando requirit fama vicinie. Nā in negocijs magnis requiritur fama totius ciuitatis: vt puta, ſi eſſet vnus magnus homo mortuus. vel qñ ſit aliquid valde magnū, ſed in negocijs paruis, ſufficit fama vicinie, ſeu contracte. ꝺ. l. cū quidā. §. quod dicit. in g. ⁊ extra ꝯ preſum. c. illud. Et hoc dicit
13 Thomas de Piperata, licet legē nō alleg. ¶ Itē ex eo † quod dixit, cōmunis opinio eorū ad quos ſpectat, ⁊c. habes aliud ſcilicet quot homines faciant famā. Nam debetis ſcire, quod illud quod dicitur communis opinio debet intelligi omnium, vel maioris partis illius vniuerſitatis, ad quā ſpectat, vt ī. ad munici. pa. l. quod maior. ⁊ aliud. §. refertur. ī. de reg. iur. ⁊ ideo conſiderato numero perſonarū illius vniuerſitatis tot homines requiruntur, quot homines faciunt maiorem partem illius vniuerſitatis. Nō eſt ergo verū, quod dicitur quod decē homines, vel viginti faciunt famā, nō conſiderato numero perſonarū. que ſunt in ciuitate, caſtro, villa, vel vicinia, in qua dicit eſſe fama. Item
14 ex eodem † verbo habes, quod non requirit, quod dicat hoc, maior pars hominū, qui ſunt in ciuitate, mulierū. vel puerorū ⁊ ſimilia; ſed ſufficit, quod dicat hoc, maior pars hominū, ſcilicet ꝺ curionū, ⁊ conſiliariorū, ad quos ſpectat regimē ciuitatis. l. municipes. ī. ad muni. ⁊ l. municipibꝰ. ꝺ eodi. ⁊ demō. Et iſtud videtur mihi ponere Inn. extra. de verb. ſig. c. veniēs. in gl. miniſteriū. Puto tamen, ꝙ in his, que nō ſpectāt principaliter ad iſtos qui regunt ciuitatē, ſed magis ad alios particulares homines, ꝙ ſufficiat eſſe famam in vicinia, ſeu inter mulieres, vel ad maiorem partē mulierū, que conuerſantur, ad quas ſpectat ſcire hoc
15 ꝺ. §. qd̄ dicitur. ¶ Tertio † quero[h], a quibus perſonis debet oriri fama? Dicit decretalis, ꝙ debet oriri a pſonis nō maleuolis,
h neque maleficis, ſed a fide dignis, vt in ca. qualiter ⁊ qñ extra de



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

accn. ij. Iſtud ego puto verũ. Hoc videtur probari per tex. in l.
mileſ. §. pen. ſ. de adul. ⁊ ibi dixi vobis. Hoc tñ intelligo, quãdo
fama habet originẽ ſolum ex dicto perſonarũ, qꝛ populus ideo
credit, ⁊ ideo dicit, qꝛ tales dixerũt. Oportet enim illos autho-
res eſſe tales, quibus debeat fides adhiberi, vt non reprobẽtur
eorũ perſone, l. ſi quis decurio. C. de falſ. ⁊ C. de repu. authẽ. ho
die. vbi debet explorari a magiſtro militum. Sed qñ fama habe
ret originẽ ab aliquo alio actu, quam in dicto ꝑſonarum. tunc po
teſt habere originẽ etiam a vilibus perſonis, vt dicam infra ꝓx
16 q. ¶ † Quarto quero, ex quo tẽpore debet oriri fama? Quidã
i dicũt ꝙ fama debet oriri ex quo tẽpe cõmiſſi maleficij alias fama
eſt ſuſpecta, ſicut eſt ſuſpect⁹ teſtis, qui ex interuallo reuertitur
ad corrigendum dictũ ſuum, vt no. in aut. de teſti. §. quia vero ⁊
dicam infra eodem. l. repeti. ⁊ dixi in l. eos in principio, ſupra ð
falſis. Et iſtud poſuit Hubertus de San. hec eſt truſa. Ego di
co, quod fama poteſt habere originem tempore commiſſi male-
ficij. ⁊ poſtea ante accuſationem ⁊ poſt accuſationem, ſecundum
quod manifeſtatur cauſa, ex qua populus, vel vicinia in ſuſpicio
nem, ⁊ credulitatem deducitur: ex qua poſtea credulitate dicũt,
17 ꝙ dictũ vocatur fama. † Dix quod poteſt habere originẽ tem-
pore contracti maleficij. Quid enim ſi contra furem inuẽtum in
domo exiuit dominus, vel famulus per plateam cridando ob-
uietis furi, ex iſto actu ſcilicet fuge illius, ⁊ inſecutionis alteri⁹,
oritur fama in ciuitate, quod talis fecit furtũ, ⁊ in iſto caſu vide-
tis, quod fama poteſt habere originem etiã a vili perſona. Sed
vt verius loquar, non a vili perſona habuit originem, ſed ma-
gis ab illo actu, ex quo populus in ſuſpicionem deducitur. Hoc
probatur ſupra ad leg. aquil. l. itaqꝫ. Sic poteſt intelligi l. capi-
te quinto. ſupra de adul. vbi quia aliquis viſus eſt, ⁊ deprehen-
ſus, ⁊ dicebatur quod erat deprehenſus in adulterio, ex illo a-
ctu inſurgit fãma in ciuitate, quod talis iuit ad adulterandum.
Poteſt etiã oriri fama tempore ꝯcti maleficij, ex cauſa antece-
denti. Exemplum, aliquis erat primo homo male conditionis,
⁊ male fame, ⁊ conſueuit furari, ⁊ ſimilia facere, ⁊ qꝛ habebat no
tam domum, vbi eſt factũ furtum, ſtatim facto furto incipit ru-
mor ꝯ eum, ⁊ fama. Poteſt etiã ex poſtfacto inſurgere fama ex
aliquo actu manifeſtato, ex quo incipit qs credere, qꝺ fecit fur-
tum: qꝛ repertus cum rebus alicuius defuncti ⁊ derobati, tunc
ex illo actu cepit rumor, ⁊ fama, ꝙ talis occidit illum, ⁊ eum dero
bauit. Et hoc probat̃ in ſimili in l. ſi adulteriũ. ⁊ ſimilibus nota
tis in gl. ſupra de adul. Et iſta eſt ꝓprie fama ex ſuſpicione pro-
ueniens, qñ iuſta cauſa ſuſpicionis proceſſit iſtam famã, ⁊ iſtum
18 rũmorem: alias † ſi iſta ſuſpicio nõ preceſſiſſet, modicũ operare
tur iſta fama, d. l. mileſ. §. pen. ſupra de adulte ⁊ infra dicã. Iſta
enim fama eſt illa. que dicitur vana vox populi, quando nõ pre
ceſſit iuſta cauſa huius credulitatis, vt C. de pen l. decurionum
Et quod ex iſtis actibus probentur indicia, ⁊ fama probatur in
l. iij. ſupra ad maced. ibi, ſic agebat, ſic ꝯhebat, ſic muneribus fun
gebatur, ⁊c. Nam ex iſtis ibi preſumit̃ quod ſit homo ſui iuris
19 ¶ † Quero. qualiter probatur fama? k Glo. in d. l. iij. §. eiuſdem
k quoqꝫ in princip. dicit quod ſufficit probari per duos teſtes, qui
dicant maiorem partem populi hoc ſentire. In eo quod dicitur.
per duos teſtes, hoc placet mihi, niſi per formam ſtatuti requi-
rerentur plures. Sed illud quod dicit gl. quod teſtis habet de-
ponere, ꝙ maior pars populi hoc ſentit. intellige prout dixi. ſci
ſcilicet maior pars populi, vel alterius vniuerſitatis, vt dixi In
eo quod dicit, ſentire, an ſit verum, poteſt dubitari. Nam depo-
nit de eo, quod non percipit ſenſu. quod enim populus ſic intel
ligit, non percipitur ſenſu, ergo videtur quod teſtimonium non
valeat. l. l. qui teſtamento. in fi. ſupra de teſta. ⁊ in l. j. in princ.
ſupra de his que in teſta. delẽ. ⁊ quod no. per Inno. in c. cũ cau-
ſam. extra ð teſti. ſed pro glo. videtur caſus in l. ſi arbiter. ſupra
de proba. vbi videtur tex. dicere, quod teſtis debet deponere, ꝙ
eſt omnium opinio. Finaliter ego credo, ꝙ teſtis debeat depone
re aliquid. ꝙ percipiat ſenſu, d. legibus. ⁊ ideo ſi teſtimoniũ pro
latũ, ſcđm gloſ. ſaluetur, oportet quod reddat cauſam ſui dicti.
ſ. dico maiorẽ partẽ populi hoc ſentire: qꝛ audiui maiorem par
tem populi ſic dicere. Ita intelligo d. l. ſi arbiter. ⁊ qꝺ no Inn. i
c. veniens. alias non eſſet probata fama. Nã maiorẽ partẽ popu
li hoc ſentire, poſſet cõprehendi ex alio, qꝫ ex voce, ⁊ ſic nõ eſſet fa
20 ma: vt dictũ eſt ð. ⁊ ꝓbatur i d. l. Labeo. ſ. ð ſepul. leg. ¶ † Que
l ro, qđ ſi dicit teſtis, ꝙ audiuit hoc dici a maiori parte hominum
ſeu gentium iſtius ciuitatis: Certe eſt probata fama: qꝛ ex hoc
colligitur, quod maior pars populi hoc ſentit. Nemo enim pre
ſumitur dicere. niſi quod agitauit in mẽte, d. l. Labeo. ſupra de
ſupel. leg. Sed ſi nõ adijceret illa verba ciuitatis iſtius, ſed dice
m ret, audiui a maiori parte populi, m an ſufficiat: videtur qꝺ ſic.
qꝛ debet intelligi in dubio de populo illius ciuitatis, in qua fert
teſtimonium, l. que conditio. §. fi. ſupra de condi. ⁊ demon. ⁊ l. ſi
cum dies. §. ſi arbiter. ſupra de arbi. Contrariũ puto verum: qꝛ
dictum teſtis debet de neceſſitate concludere, l. non hoc. C. vnde
n legi. ⁊ extra de proba. c. in preſentia. n Sed iſtud dictum nõ con
cludit de neceſſitate, vbi eſt fama iſta, ergo ⁊c. Sis ergo cautus
ꝙ teſtis dicat. ꝙ eſt publica vox, ⁊ fama. Interrogatus quomo
do ſcit, reſpõdit, qꝛ publice dicitur ꝑ ciuitatẽ, vel a maiori parte
21 populi huius ciuitatis. in ciuitate caſtro, vel villa. vt dixi. † Sed
o quid o ſi teſtis dicit, ꝙ eſt publica vox. ⁊ fama: Certe non probat,
qꝛ non reddit cauſam per aliquod, quod percipiatur ſenſu. Nõ
enim dicit, ſe audiuiſſe a maiori parte populi, ſed dicit, ꝙ hoc di
22 citur. Sed qđ ſi dixit, ꝙ audiuit publice dici. † p Reſpon. nõ ſuffi
p cit, qꝛ poteſt eſſe ꝙ vn⁹ hõ publice dicebat. Debet ergo dicere
audiui publice dici a maiori parte hominum huius ciuitatis.
q ¶ Quero ſi teſtis q interrogatur, † a qbus perſonis audiſti dici,
23 vtrũ debeat de hoc interrogari, ⁊ ipſe de hoc debeat reſpõdere
r Inn. dt ꝙ ſic. r Nam cũ fama debeat habere originẽ ab honeſtis
ꝑſonis, non poſſet ſciri, an habeat originem ab honeſtis perſo-
nis, vel nõ niſi ille perſone manifeſtentur. Ita ponit Inno. in c.
qualiter ⁊ qñ. extra de acc. ⁊ Spec. in ti. ð inquiſitio. §. viſo igit.
ver, ſup ꝓbatione aũt. vbi ponit verba Inn. ad literã, adeo ꝙ ſi
teſtis neminẽ nominaret, ſed diceret ſe non recordari, eius teſti
moniũ non valere: ſed dꝫ teſtes nominare aliquẽ. ⁊ poſtea dice-
re ſe audiuiſſe a pluribus alijs, de qbus, dicit ſe nõ recordari. nã
non debet de his omnibus recordari, cum memoria hominum
ſit labilis, l. peregre ⁊ ibi no. in princ. ſupra de acquir. poſ. Sed
24 quid † ſi teſtes diuerſi dixerunt ſe a diuerſis hoc ſciuiſſe, quia
vnus nominat aliquos, aliter nominat alios. Uel quid ſi ipſi di-
uerſificant in loco. quia vnus dicit ſe audiuiſſe in platea, alius in
in burgo? Uel quid ſi diuerſificant in tempore. quia vnus audi
uit tali die. alius dicit de alia die: Reſpondeo propter hoc non
vitiatur probatio, l. ob carnem. in fi. ⁊ qꝺ ibi no. ſ. de teſti, ⁊ In. ⁊
s Spec. hoc tenent in locis ſ. alle. ¶ Quero. vtrũ s poſſit † fama
25 probari negatiue: vt puta Titium nõ feciſſe: s Reſpõdeo ſic, nec
dico probare negatiuam, ſed affirmatiuam, quod publica vox.
⁊ fama eſt Titium non feciſſe, dicta l. ſi arbiter. ſ. ð ꝓbat. Quid
26 ergo † ſi ẽ ꝓbata fama ab vna parte affirmatiue, ⁊ ab alia parte
t negatiue: Reſpondeo, ſtatur teſtibus dignioribus. Uel ſi teſtes
eſſent equales, ſtatur illi probationi, ſeu illi fame, que proceſſit
ex veriſimilioribus preſumptionibus. arg. ſ. de teſti. l. ob car-
men. in fi. cũ ſua gl. ⁊ q: bo. ꝑ Spec. ⁊ In preall. locis, ⁊ in ti. ð
no. cri. §. fama. ⁊ qꝺ no. extra de ſpõſa. c. cũ in tua. ¶ † Sꝫ quero
predicta procedunt, qñ probata eſt fama eiuſdẽ loci, ⁊ temporis
Quid ſi probata eſt fama ab vna parte cõmiſſi maleficij vno tẽ-
pore ab alia parte eſt probata fama innocenti alio tẽpore, que
v preualebit? Reſpõdeo, fama eſt ex opinione. v vt ſ. dictũ eſt, ſed
opinio põt mutari. ⁊ preualet vltima, vt ſ. de dam. infe. l. qui bo
na. §. ſi qs ſtipulaturus. ita hic preualebit fama vltima. ⁊ eſt ca-
28 ſus ſ. qs ordo in bo. poſ. ſerue. l. ij. circa prin. ¶ † Quero, † qđ ſi
probata eſt fama ꝯtria diuerſorũ locorũ: vt puta, in caſtro comi-
tatus: vbi cõmiſſum eſt maleficiũ: eſt fama ꝙ ſic: in ciuitate iſta
eſt fama ꝙ nõ cui ſtabit̃ magis: Rñdeo. debemus enim inſpice-
re qualitatẽ teſtiũ, ⁊ debemus inſpicere cãs, ex qbus fama ꝓce-
dit, vt ſciamus, qbus ſit magis credendũ, alias ſi oĩa eſſent equa
lia, putarẽ, ꝙ iſte ꝓbationes ſibi inuicẽ derogarẽt, ⁊ neutri adhi
beret̃ fides, d. l. ob. carmẽ. in fi ⁊ C. de fid. inſtru. l. ſcripture. facit
x extra de proba. c. lꝫ. ¶ Quero, x quid ſi teſtis † interrogatus eſt
29 ſuper articulis, ⁊ ſuper quibuſdã eſt teſtificatus, ſuper quibuſ-
dam dixit ſe nihil ſcire, ſuper vltimo articulo de fama dixit, ꝙ
erat publica vox, ⁊ fama, vtrum referatur ad ea, de quibus di-
xit ſe nihil ſcire: dic vt nota. in d. tit. de noto. cri. §. fame. verſi. fi.
30 ¶ † Ultimo principaliter quero, quis ſit effect⁹ fame, y De hoc
y habemus glo. varias: quedã vident̃ dicere, ꝙ fama faciat plenã
fidẽ, vt no. ſ. de neg. geſt. l. at qui natura. §. cum me. ⁊ C. de ꝓb.
l. iij. ⁊ de iu. do. l. vbi adhuc alibi glo. videtur velle, ꝙ facit ſemi
plenam probationem, d. l. iij. §. eiuſdem quoqꝫ principia. ff. ð te
ſtib. ⁊ l. admonendi. ſ. de iureiur. ⁊ l. in bonefidei, C. de iureiu. ⁊
extra de appel. c. j. ⁊ facit ꝙ no. in l. ij. in princip. ſ. de excu. tuto.
z ⁊ ꝙ ibi no. per Dy. z Alij videntur dicere, ꝙ fama nullo modo
probet, ſed probationes iã factas confirmat. Unde ſi ex vtraque
parte eſſent probationes equales, ⁊ altera pars haberet plus,
famam illa vinceret, d. l. iij. §. eiuſdem quoqꝫ principis. ibi, con
ſentiens fama confirmat. ⁊ ideo dicũt iſti ꝙ vnus teſtis, ⁊ fama
non faciunt plenam probationem: qꝛ fama habet confirmare ꝓ
bationem iam factã: ſed dictum vnius teſtis non eſt probatio,
ideo non põt a fama confirmari. Hoc tenebat Jacob. de Are. ⁊
And. de Piſis, ⁊ Jac. Bu. idẽ preterquã in cauſis breuioribus
vt arg. C. de ſen. ex breui. reci. auth. niſi breuiores. Sꝫ Dy. in d.
l. excuſatur in prin. ſupra de excu. tu. videtur dicere quod fama
aa cũ vno teſte facit plenã probationem in ciuilibus, aa non in cri
minalibus, in quibus requirunt̃ ꝓbationes luce clariores. Hoc
idẽ tenet Cyn. i l. fi. C. eo ⁊ idẽ videtur tenere in l. iij. C. de ꝓba.
mihi

Mihi autem videtur dicendum, Quedã ſunt in quibus ſufficit
ſic eſſe famã, licet in veritate ſic non ſit, tunc ſufficit probatio fa-
me, l. Barbarius. ff. de offi. pret. ⁊ l. j. C. de teſta. ⁊ l. ſi arbiter. C. de
ſen. Nam in dictis legibus, non requiritur veritas, ſed ſufficit
fama, ꝙ ſic reputabatur. Ad idem ff. ad macedon. l. iij. Quando
que requiritur probatio veritatis, ꝙ ita ſit, ⁊ quedam ſunt, in
quibus ipſa fama, ſeu communis opinio veritatem facit, ⁊ indu-
cit, ⁊ tunc ſufficit probatio fame, l. i. §. j. ſupra de ſumi. ⁊ facit l.
Labeo. ſupra de ſuppel. leg. ⁊ l. cum de lanionis. §. aſinã, ſupra
de fun. inſtru. cum ſi. Queda ſunt, in quibus ipſa fama, ſeu com-
munis opinio non inducit veritatem. Et hoc dico, quod ſi qui-
dem eſt fama probata ſolum ex voce populi. nõ probata aliqua
preſumptione, ex qua dicta opinio, ⁊ fama originem traxerit,
bb dico quod iſta non probat: ſed dicitur magis vana vox [bb] popu
li, que non eſt exaudienda, l. decurionum. C. de penis. Sed licet
non probet, tamen non daret probationem iam factam, l. iij. §.
eiuſdem quoque. in princ. ſupra de teſtibus. Si vero iſta fama
eſſet probata, que trahit originem ex aliquibus preſumptioni-
bus legitimis precedentibus, tunc dico, quod in quibuſdam ca-
cc ſibus facit plenam probationem, vt puta, in cauſis [cc] breuiori-
bus vel modici preiudicij. Ita intelligo gl. in l. vbi adhuc. C. de
iur. do. vbi ſufficit probatio fame: q2 eſt cauſa modici preiudi-
cij, vt plene dico in l. ſi conſtante. in principio ſupra ſol. matri. in
cij prima ⁊ ſecunda ⁊ iij. q. Item dico, quod quandoque habe effe
ctum, ꝙ transfert onus probãdi in aliam partem, vt in caſibus
in quibus communis opinio, ſeu fama conſtituit aliquem in poſ
ſeſſionem alicuius qualitatis, vt libertatis, vel ſeruitutis, ⁊ lumi
lium. l. ſi mater. C. ne de ſtatu defunc. ⁊ l. ij. C. ſi ſeruus aut liber
ad decu. aſpira. lib. x. Vel aliter. iſta fama non facit plenã proba
tionem, ſed an faciat ſemi plenã, ita quod probet cum vno teſte.
dico, quod debemus cõſiderare illa indicia. ⁊ illas preſumptio-
nes, ex quibus fama traxit originem, qualiter vrgeant, ⁊ ſecun-
dum qualitatem illorum dicam iſtam famam facere ſemiplenã
probationem, vel non facere. Ita debet intelligi gl. ſuper verb.
legitimis. in l. excuſantur. in fin. prin. de ex. tu. ⁊ d. l. iij. ij. eiuſdẽ
quoqꝫ ſupra de teſtib. Et ex hoc etiam habes perpẽdere, vtrum
16 fama ſit ſufficiens indicium ad torturã, vel non. ¶ †Quero, ſta-
dd tutum [dd] huius ciuitatis, in quibuſdam caſibus dicit, quod ſuf
ficiat probare maleficium per publicam famã, qualiter intelli-
gam de publica fama? Reſpondeo, intelligam de fama, que tra-
xit originem ex probabilibus cauſis, que inducunt populum ad
ſic reddendum, ⁊ dicendum: alias non eſſet fama, ſed magis va-
na vox populi, que nõ debet exaudiri, d. l. decurionum. C. de pe.
⁊ ideo iudex ſit cautus. Nã non credo, quod ſufficiat probare fa
17 mam ſimpliciter. Nã debet intelligi de fama legitima. ¶ †Vlti
ee quero, [ee] an ſit differentia inter famam ſimplicem, ⁊ publicam.
Tho. de pipurat. dicit quod non: q2 eo ipſo qd dico, famã. intel-
ligitur de fama publica, alias non eſſet fama, vt patet ex diffini-
tione fame, quã ſ. dedi. ſecus in communi opinione, ⁊ in cõmuni
eſtimatione, que poteſt diuidi in publicã ⁊ priuatam, vt ſ. dixi.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Ex quo collige. Vide quod no. Specu. in titu. de prola.
ſen. §. j. ⁊ Bald. in l. qui bona. §. ſi alieno. in iij. q. ſ. de dam. infe.
⁊ ibi dixi.

b Alex. Qua quis conſtantia. Vide Ang. in trac. maleſi. in verſi.
nunc videamus de tortura. quem ſequitur Bal. in d. l. preſbyte
ri. C. de epiſ. ⁊ cleri. vbi no. ⁊ Bal. in l. iij. C. de teſti.

c Alex. ¶ Recordor. Credo, quod voluerit Bar. adducere. §. nũc
tractandum verſi. hoc autem ſcias. vbi iſtud Spec. tractat.

d Alex. ¶ Glo. i fame. An fama faciat indicium ad torturam, vi-
de j. eodem. circa fi. ⁊ idem tenet Bald. in d. c. j. §. iniuria de pac.
iur. fir. vbi dicit, quod ſic, quando eſt euidens fama. quod bene
no. quia vtile erit tibi

e Alex. ¶ Primo quero. De hoc vide per Bar. in l. j. C. de teſt. ⁊
ibi dixi. ⁊ per gl. in d. l. teſtium. §. j. ſ. de teſti. ¶ Que autẽ ſit dif
ferentia inter famã ⁊ rumorem, vide glo. in c. ſuper eo. de eo qui
cognouit cõſang. vxo. ſue. ⁊ d. c. ſi duo. xxv. q. vj. quas alleg. Lor.
in d. c. qualiter ⁊ quãdo. de accuſa. ⁊ ibi Hoſt. ⁊ ad Bar. hic, adde
Bald. poſt Barto. in d. l. j. C. de infami. Et facit ſtatutum quod
habet, ꝙ requiratur perſona bone opiniõis, ⁊ fame. de qua opi-
nione, ⁊ fama intelligatur, ⁊ quomodo, ⁊ de quo. per Jac. But. ⁊
Bal. in d. l. improbum. C. de infa. Et de diffinitiõe fame p Bal.
in rub. C. de prob. ⁊ ibi etiam differentia inter famã ⁊ rumorem
Et per Bald. in l. ea quidem. C. de accu. Et quid differt fama a
communi opinione, per Specu. in tit. de noto. crimi. §. ſequitur,
verſic. j. ⁊ ij. ⁊ quod ipſe not. in titu. de probat. §. j. verſi. illud au
tem ſciendum de effectu communis opinionis. Quid autem
differat notorium a famã, vide Bald. in authen. qui ſemel. C.
quomodo ⁊ quando iud. ⁊ Spec. in d. §. ſequitur. ⁊ de m ſ. dixi de
differentia inter communem opinionem ⁊ famam, vide Bal. in
d. l. ea quidem. Et adde etiam, ꝙ clamor populi eſt minor, quã
fama, ⁊ in l. decurionum. ⁊ ibi Bal. C. de pen. Et de cõmuni opi
nione vide Bal. in d. l. Labeo. de ſuppel. leg. ꝙ no. hic. Et differẽ
tia inter notorium, ⁊ famã, vide hic per Barto. ſed quod vulgi
opi. ſit, idem ꝙ fama, videtur tenere Bart. in l. ſi conſtãte. in j. q.
prin. ſol. mat. ⁊ Bal. in l. vbi adhuc. C. de iure do. i ver. querit gl.
quomodo probetur, ꝙ vir vergat ad inopiã. Quid ſit fama, no-
torium, rumor, ⁊ ſimilia, plene per Jo. Cald. in repe. c. in noſtra.
de coha. cle. ⁊ mulie.

f Alex. ¶ Ad differentiam. Et pro hoc eſt tex. cũ gl. in l. apud Ju
lianum. §. Seio. ſ. de leg. j. ⁊ vide ex. in l. ſi. C. ſine cen. vel reliq.

g Alex. ¶ Illius vicinie. Adde Bar. in l. j. C. de teſta. verſi. vltimo
nota mirabilem. ⁊ in l. ſi quidem. in ſi. ſol. mat. ⁊ in gl. ibi.

h Alex. ¶ Tertio quero. Et adde, quod Bal. in c. veniens. de teſti.
dicit, quod fama que neſcit a quo habuit originem, idem operat
dictum vnius teſtis, elleg. l. miles. §. mulier. ſ. de adult. Bene fa
cit l. Pantonius. de acqui. here. Adde ad Bart. hic, Bal. in l. te
ſtiũ. C. de teſt. ⁊ adde que dixi in l. iij. C. de ſer. vbi dicit, ꝙ illud, ꝙ
dicitur a perſonis fide dignis, eſt iuſta cauſa credulitatis, quod
refert. Bartol. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi pretori, in vij. q. ſ.
de ope. noui nun. Et communis opin. viliſſimorum eſt nullius
effectus, ſecundum Petrum, in tit. de reo. §. ſequitur in fi. quod
omnino vide.

i Alex. ¶ Quarto quero. Vide clarius Salyc. in l. ea quidem. C.
de accuſa. in materia de fama, in ver. quero, an fama. vbi tenet,
quod ſufficit quod ſuperueniat accuſatione pendente. de quo e-
tiam vide Imo. Bal. no. in l. is poteſt. de acqui. her. ibi vide.

k Alex. ¶ Quero qualiter probat fama. Vide omnino iij. q. iij.
itaqꝫ. Vide Spe. de no. cri. §. famam. ⁊ ibi vide clarius. Adde, ꝙ
quis poteſt certiorari de fama ſine teſtibus minus ſolẽniter rece
ptis, ⁊ ſine ordine iudiciario, ⁊ duo de fama deponẽtes, an ſuffi-
ciãt, ⁊ quid ſi vnus teſtis pbat de veritate ex vna parte, ⁊ vnus de
fama ex altera. Item per literas bonorum virorũ probat fama
ſecundũ Inn. in c. cũ in ius. de deſpõſa. impube. ita refert Bal.
in c. j. §. ſi duo homines. de pa. tenen. ⁊ ibi no. gl. ⁊ glo. iij. q. iij. cu.
ſciant. ⁊ xxxv. q. ij. c. ſi duo. ⁊ ibi per Archid. ⁊ adde, ꝙ Imo. in c.
licet, de accu. dicit, ꝙ fama bona, vel mala probat per commu-
nem auditũ. Et pro hoc facit. quod not. dicit gloſ. ix. diſtin. fama
quippe. ⁊ vide Bal. in l. cõuenticula. C. de epiſ. ⁊ cle. Qualiter au
tem probet infamia vide p Spe. ti. de inquiſi. §. nunc tractemus
verſ. qd ſi ille. ⁊ Inn. de accu. c. cũ oporteat. Et quid ſi teſtis di-
cat aliquem eſſe male fame, ⁊ communis opinio eſt in contrariũ,
vide per Imo. in c. inquiſitionem. circa fi. de electio. ⁊ in c. quali
ter ⁊ quãdo. de acc. vbi late. ⁊ Bal. in l. Caſſius. §. fi. ſ. de ſena. Et
qd ſi vnus teſtis probat de veritate, que dicatur validior pbatio,
etiam ſi duo per famam probarent, vide Bal. in l. ij. in prin. ſ. de
exca. tuto, ⁊ quod no. Bart. in l. j. §. idem Cornelio. ſupra eodem
Et quomodo probatur communis opinio, Bald. in l. j. C. de te-
ſta. ⁊ not. quod facto probato fama adijcit quẽdam qualitatem
probationi veritatis, id eſt, notorietatis, ſecundum Bald. in au
thent. quod locum. C. de colla. in fi. quod not. Et adde quod fa-
ma cum antiquiſſima poſſeſſione, de qua in contrarium memo-
ria non exiſtat, habetur pro plena probatione, vel communi poſ
ſeſſione xxx. annorum. ita dicit Bald. in l. atqui natura. §. ſi cum
me abſente. de nego. geſtis. ⁊ in l. in bonefidei. in vlt. co. C. de re.
cre. Adde, quod ſi pobatur fama, ⁊ ex diuerſo probatur fama
contraria, non dicitur fama probata. Bald. in l. ſacroſancte. C.
de epiſco. ⁊ cle. in l. qui accuſare. C. de edend. per Barto. ⁊ Bal.
in l. is poteſt. ſupra, de acquirend. here. ⁊ bene facit, quod dixi in
l. de quibus. de legib. Adde etiam quod Bal. in l. cunctos popu
los. de ſum. trini. ſecutus Innocen. in cap. ſecret. de ſimo. dicit,
quod probatio fame eſt minus, quam probatio iudiciorum. Ad
de, quod teſtis etiam interrogatus ſuper fama, vel infamia, de-
bet reddere rationem dicti ſui, ⁊ ſufficienter: alias non valet.
Ita Bald. in l. quid ergo. §. queſitum. ſupra de infam. ⁊ Bal. in
rub. C. de prob. ⁊ etiam Bartol. hic. ⁊ Bal. in l. iij. C. de teſtibus.
Adde quod ad probandum infamiam debet dilucide probari
factum. ex quo infamia orta eſt: vt dicit Bald. not. in l. Caſſius.
ſupra de ſena. ad ꝙ vide Bal. in l. j. ad fi. de teſtib. Et ad Bar.
hic, adde Bald. in l. heredes palam. ſupra de teſtamenti. Et ad
purgationẽ infamie, vide not. per Spe. in tit. de inqui. §. j. ver.
hoc autem ſcias, ⁊ in verb. quid ſi reus. ⁊ ad Bar. hic. adde ꝙ
Innocen. c. licet. de accu. dicit. quod fama bona vel mala pba-
tur per auditum, ⁊ rationem. In quo autem differat fama ab o-
pinione, habetur per Jo. And. in addi. Spe. in ti. de noto. cri. §.
fama. ver. ij. ⁊ ſ. co. in j. q.

l Alex. ¶ Quero, qd ſi teſtis dicat ꝙ audiuit illud, intellige a ma
iori parte rerũ, qui potuerũt intelligere, ⁊ cognoſcere, vt dicit d.
Anto. de But. in c. quid per nouale. de ver. ſignific. refert tamẽ
Bald. in l. j. C. de teſt ꝙ ſi vnus teſtis deponit famam eſſe in vna

parte ciuitatis, alius in alia, ꝙ non eſt ꝓbata fama, ⁊ dicit Abb.
in c. licet ex quadã de teſtib. ꝙ teſtes debent dicere ſe illud cre-
dere. Ita dicit per illum tex. vbi dicit ꝙ etiã debet dicere, ꝙ nõ
audiuit ab vno, ſed a pluribus ⁊ quidẽ non ſuſpectis, nec male
fame, vbi omnino vide, quid ſi teſtis dicat, ꝙ audiuit dici a ma-
iori parte populi, nec dixit illius ciuitatis. Idẽ no. tenet Bart.
in l. iij. §. eiuſdẽ. ſ. de teſtib. ſed ꝯtrium tenet Bal. in c. preterea.
de teſtib. q2 dicit, ꝙ dictum teſtis debet intelligi ſm ſubiectam
materiã, ꝙ videtur contra c. in preſentia. de proba. ¶ Adde, fa
ma qualiter probetur, ⁊ vnde oriri debeat, Alex. cõſi. l. xx. in lib.
m Poma. ¶ Parte populi. Vide de hoc etiã Alex. conſi. vij. vo-
lu. iij. in fi. vbi ponit, quid ſi eſſet dictum, quod fama vigebat in-
ter claros, ⁊c. Et quid ſi teſtis neſciat dicere, quid ſit fama.
n ¶ De probat. in c. in preſentia. Ubi vide ꝫ gl. ⁊ vide etiã Alex.
in l. j. col. i. C. de teſt. ⁊ ibi Iaſ. in ij. ⁊ iij. no. ⁊ Alex. conſil. lxx. vo
lu. iij. vbi ponit, qd ſi teſtis dixiſſet. quod audiuit a multis, vel
publice dici.
o Alex. ¶ Sed quid. Adde Bart. i l. iij. §. eiuſdem. ſ. de teſti. ⁊ in
l. Labeo. de ſupe. lega. ſed contra tenuit Bal. in d. cap. preterea
de teſtib. ⁊ in l. teſtiũ. in fine. C. de teſtib. ⁊ in l. heredes palam. in
princip. de teſtam, ⁊ vide etiam Sal. in l. ea quidem. in repe. C. de
accu. ⁊ ibi Ang. ⁊ vide. Aug. in l. ij. C. ad Mace. licet Fal. i l. de
quibus. de legi. videatur ſequi Bar. ⁊ Card. in d. c. cauſam que.
ij. de teſti. Imo. ⁊ Anto. de But. in d. c. cum oporteat. de accu. ⁊
diſputat plene pro ⁊ contra Lancre. in ſua compendioſa. q. x. ⁊
finaliter concludit idem. quod Dy. ⁊ vide Bal. in addi. Spec. in
tit. de ſen. prola. vbi videtur tenere cum Bar. cum quo ſimplici
ter trãſit gloſa. in l. ſi arbiter. ſupra de proba. ⁊ cum Bar. i d.
l. Labeo, ⁊ in l. iij. in fi. de teſtib. ⁊ Imo. in c. cum oporteat. de ac.
In contrarium conſuluit do. Gul. de cremo. in ſuo quodam con
ſi. incip. in Dei nomine, in q. predicta. ⁊ illud conſilium ſubſcri
pſerunt Sal. ⁊ do. Flo. ⁊ multi alij, ⁊ dicit, ꝙ Bal. dicebat, ⁊ non
refert vbi, ꝙ ſi adducãtur decem teſtes, vel plures ſuper fama,
ſeu etiã infamia, quod fiet probatio ſufficiens, etiam ſi non ſuffi-
ciens cauſa reddat, licet alias ſi eſſent numero pauciores exige
rentur rationes, ⁊ cauſe ſufficientes. Et pro hoc ſecundum eum
facit, q2 tot faciũt populum. iuxta no. in c. j. de elec. ⁊ Bart. in l.
pretor. in prin. vi bo. rap. ⁊ ſic ex tãto numero, ſermo publicus,
⁊ popularis habetur. Pro hoc dicta alle. not. in l. iij. §. eiuſdẽ.
ſupra de teſti. cum glo. i. vbi vide, quod numerus ſupplet fidẽ,
Et ad iſtud adde no. Bal. in aut. quod locum. C. de collat. in fi.
p Alex. ¶ Unus homo. Pro iſta oppoſi. adducit tex. in l. j. C. de
his qui per me. indi. nõ ap. iũcto c. fi. de appel. vbi accipitur ibi
publice, corã bonis viris, ⁊ honeſtis, non autẽ publice, id eſt, co-
rã populo: tamẽ Sal. reprehendit Bar. in l. ea quidẽ. C. de acc.
vide Roman. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. de ope. no. nun.
q Alex. ¶ Quero, ſi teſtis. Quando teſtis interrogatur, a quibus
audiuiſti, ⁊c. adde Saly. ad idẽ in l. iij. §. eiuſdẽ. ſupra de teſtib. ⁊
Bar. in l. diffamari. circa prin. C. de ingen. manu. ⁊ hic, dũ dicit,
teſtẽ debere deponere a quibus audiuit ⁊c. Sal. in l. ea quidẽ. C.
de ac. dicit quod ſi teſtis nõ eſt interrogatus a quibus audiuit,
ſufficit, quod dicat, a maiori parte populi, ⁊ ille contra quẽ de-
bet probare, prefertur: q2 hec fama prefertur inter nobiles per
ſonas. Pro quo vide quod dixi in d. eiuſdem.
r Alex. ¶ Dicit ꝙ ſic. Uidetur inferri ꝙ teſtis debet interrogari
a quibus audiuit. Aduerte, q2 Inn. in c. cũ oportcat. de accu. di
cit, ꝙ interrogatus debet reſpondere, alias non probat: q2 non
ſtat in arbitrio teſtis iudicare, an ille pſone ſint graues, ⁊ bone,
vel fide digne. Et iſtud tenet ibi Io. And. idẽ ſequitur do. Ant.
ibi, dicens ita ſeruari. Ita etiã ſequitur Abb. in c. cũ cauſam. de
teſtib. ⁊ Ang. in l. ea quidẽ. C. de acc. Et poteſt ratio aſſignari, q2
teſtis debet deponere ea, que ſunt perceptibilia intellectu, etiã
non interrogatus, cap. cũ cauſam. de teſti. vbi p Jn. ⁊ per Bar.
in l. ſolã. C. de teſti. ⁊ ibi latius no. Bal. Sed quod aliquis ſit vir
grauis, ⁊ fide dignus, ꝑcipitur intellectu, ergo, ⁊c. Et iſtã partẽ
dicit Ant. in d. l. ea qdem. tenere, ⁊ ſentire Bar. idẽ dicit Imo.
in d. c. cum oporteat. Et ad idem alle. Innoc. in c. qualiter. ij. de
accu. vbi dicitur, ꝙ aliquis debet interrogari. Idẽ tenet Spe.
in tit. de inquiſi. viſo. vbi alleg. Inn. in d. c. qualiter. idem Sal.
in d. l. ea quidẽ. in vij. ſeu. viij. q. ⁊ Imol. in d. c. cũ oporteat. vbi
ſequitur Inn. Adde Bar. in trac. teſtimonior. cap. Teſtis dicit
aliquẽ eſſe dominũ, ⁊ cauſam, ⁊c. verſi. quedã ſunt, que nõ ſolo, ⁊c.
vbi de ijs que diſcurſu aliquo, vel modico intellectu, vel magno
diſcurſu, percipi poſſunt, diſputat. Contra Inno. etiã conſuluit
Io. Cal. in ſuis conſilijs. in conſi. quodam ſub tit. de teſti. Aliqui
Moder. ſequuntur Inno. in d. c. cum oporteat. ⁊ in l. j. in prin.
de ope. no. nun. allegant Bald. in l. qd ergo. §. queſitum. de infa.
quia re vera hoc ibi non dicit ſi bene conſideretur.
s Ale. ¶ Quero vtrũ. Uide Bal. in l. j. C. de teſt. ⁊ vide Bart. in l.
in ſumma. §. Labeo. in fin. verbis de aqua plu. arcen. Bar. tamẽ
in l. ſi conſtante. in j. q. j. partis, ſupra ſolu. matr. dicit, quod no-
torium non poteſt eſſe ſuper facto negatiuo. vide Bald. in l. ea
quidem. C. de accu. Quid ſi probatur in ſpecie mala fama, i ſpe
cie de adulterio. in contrarium probatur bona fama in genere,
vide Bal. in d. l. ea quidem. in ver. tertio queritur, an aliquis. ⁊
in ver. ſeq. ⁊ ibi etiam queritur, an vigore ſtatuti fama in malefi-
cijs habeatur pro plena probatione: ⁊ ſi probatur maleficium
per famam, ⁊ reus probat contrarium per famam, que proba-
tio perfertur, ⁊ an fama probetur contrariũ per famã, vide Bal.
plene per illum text. in l. j. C. ex deli. defunct. Et ad materiam
Bald. in l. qui accuſare. C. de eden. ⁊ Bald. in l. ſi tutor. C. de pe
ri. tuto.
t Poma. ¶ Negatiue. Uide aliquid per Ro. conſi. ccxlj. ⁊ vide
Alex. conſil. lxij. vbi loquitur, quando in genere poſſit eſſe pro-
batum, quod quis erat bone fame: ſed quando in ſpecie contra-
rium, ⁊ vide ad hec Fely. in c. cũ contingat. de reſcrip. ⁊ que ibi
poſui. ⁊ Rom. conſi. clxvij. in fine, vbi ponit, an pauciores teſtes
deponẽtes de infamia preferantur deponẽtibus de bona fama.
v Alex. ¶ Ex opinione. Uide Bal. per illum text. in l. ſi mater. C.
ne de ſta. defun. Et quid ſi concurrunt in eodem tempore due fa
me contrarie adde Bal. in l. j. C. de teſt. in vj. q. ⁊ quod no. Bald.
in l. in vj. q. C. de epiſ. ⁊ cle.
x Ale. ¶ Quero Uide aliquid per Abb. in d. c. cum in tua. in fin.
de teſtibus.
y Alex. ¶ Sit effectus fame. Dixi in l. Celſus. ad fi. de vſuc. ⁊ ꝙ
not. Imol. in c. fraternitatis. de teſtib. ⁊ vide omnino Io. And.
in Spe. de teſtib. §. nunc videndũ. verſi. illud autẽ. per do. Ant.
in c. cum cauſam. de teſti. ⁊ quod not. Bal. in l. ſi defenſor. §. qui
interrogatus. de interrog. act. ⁊ Bald. in addi. Specu. in tit. de
ſenten. prola.
z Alex. ¶ Not. per Dyn. Dicit Bald. ⁊ Imol. in l. is poteſt. de ac-
quirẽ. hered. quod mala fama eſt ſufficiens ad inquirendũ, ⁊ ſi ſu
peruenit fama contraria, non tollit inquiſitionem, ſi propter i-
ſtam famam contrariam non poterat torqueri, de qua Bald. in
l. ea quidem. C. de acc. ⁊ vide Spec. de noto. cri. §. fama. ver. fa-
ma. ⁊ de teſte. in §. reſtat. in ver. xxv. creditur vni teſti. ⁊ dixi ſu-
pra. ⁊ per Bart. in l. admonendi. ſ. de iureiur. ⁊ vide Bal. de con
tro. inueſti. §. cum autem. vbi videtur velle. quod vnus teſtis, ⁊
fama non faciant probationem, ſed preſumptionem. Et vide
Bald. C. de teſti. in l. j. ⁊ in l. in bonefidei. C. de re. cre. ⁊ iureiur.
⁊ in l. cunctos populos. ⁊ in l. ij. in princi. ſupra de excu. tutor. ⁊
ſibi etiam Dyn. ⁊ vide in c. ex literis de iureiur. Et adde. quod
in factis antiquis ſufficit probatio per famam, ſecundum Bal.
in authen. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. ⁊ in l. conuenticu
la. C. de epiſco. ⁊ cle. ⁊ in d. l. cum ſuper. C. de rei ven. ⁊ dixi in §.
preterea. vbi mod. Inſtit de act. ⁊ Bald. in l. iiij. C. de probat. ⁊
in d. l. in bone fidei. C. de re. cred. ⁊ ⁊ in l. exẽplo. C. de proba. ⁊ do.
Anto. clarius in c. veniens. de teſtib. ⁊ do. Ioan. in c. cum eũ cau
ſam. de proba. poſt Archi. xvj. q. iij. inter memoratos. ⁊ expreſſe
Cyn. ⁊ Barto. in l. ſiquidem. C. ſolu. matr. vbi etiam tenet. quod
in factis de longinquo loco, ⁊ antiquis, ſufficit probare per fa-
mam, vt eſt gloſſ. ſingul. in l. atqui natura. §. cum me abſente. ſu
pra de nego. geſt. quam ita ponderat. Ang. ſupra. qui mo. pig.
vel hy. ſol. in l. Titius. ⁊ dicit quod ita de facto obtinuit, ⁊ ſic in-
telligitur gloſſ. ſecundum eum in l. ſiue poſſidetis. C. de proba. ⁊
ita dixi. ⁊ de effectu fame, ⁊ de probatione fame in criminalibus,
vide Bar. in l. j. §. idem Cornelio. in fi. ſupra eodem. vide not. di
cta per Bal. de effectu fame in l. proprietatis. C. de prob. qui di
cit, quod ſi vnus plene probauit per teſtes, ⁊ aliter probauit per
teſtes ⁊ famam iſte obtinebit. Et de effectu fame, vide per Bal.
in addi. Spec. in tit. de ſen. prola.
aa Poma. ¶ Probationem in ciuilib. Uide Pan. conſi. cciij. in j.
dn. volu. ij. ⁊ vide ad hec Fely. in c. veniens. in ver. tertia conclu
ſio. de teſtib. ⁊ An an. conſi. lix. ⁊ Alexan. cliij. vol. ij. vbi ponit e-
tiam, quid in cauſa criminali, ⁊ lxvi. vol. iij. vbi loquitur in ciui-
libus difficilibus in probatione. ⁊ lxx. eodem vol. vbi dicit, de
hoc quod requiritur, quod habeat originem, ⁊c. vide Math. no.
ſuo j.
bb Alex. ¶ Uana vox. Dicit tamen Bal. in l. prouidendum. C. de
poſtu. ꝙ qualitas hominis probatur per famã: vt puta virtus
in homine, ⁊ nobilitas, ⁊ alia ſimilia. Itẽ ſufficit fama ad impe-
diendum matrimonium, c. ſuper eo. de conſan. ⁊ affi. quod bene
no. Item ad ſuſpiciẽdum infamatum de vno. niſi de vno ſe pur
gauerit. ij. q. v. presbyter. ⁊ ſola fama probat iudicem aſſe cõſue-
tum torquere homines coram ſe conquerẽtes. ſecundum Bart.
in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. de ope. no. nun. in viij. q.
cc ¶ Cauſis breuioribus. ꝫ ama in cauſis breuioribꝰ hꝫ vim ple-
ne probationis. Ex hoc dicto infertur recte intelligẽti, quod in
ciuilibus probatio. ꝑ vnum teſtẽ idoneum intelligitur de plena
probatione, ita vt nõ ſit neceſſario deueniẽdum ad alias proba
tiones

tiones,nec iuramẽti delationẽ,⁊ idẽ ſentit do.Ant.in c. veniẽs.
de teſti.⁊ in c.j.de app.⁊ vide Bar.in l.j.C.quo.bo.Et an dicat
fama iſta facere probationẽ,⁊ quomodo,vide Bald.⁊ Imo.in l.
fi.ſupra de hered.inſt.⁊ Bal.in l.iubemus. C. eo.⁊ ibi etiã quid
de notorio.vide in l.cũ quidam.§.ꝙ dicitur.de acqui.he.vbi la
tius dixi.Et vtrũ fama ſit ſufficiẽs indicium ad torturã, ⁊ cum
Bar.trãſit Abb.Sicu.in c.j.de depoſito.⁊ dicit Bal.in l.iij.per
gl.ibi.C.de adul.ꝙ vbi teſtes preſumuntur ſcire veritatẽ,⁊ eam
non dicũt,poſſunt torqueri: vt ibi per eũ.ꝙ eſt no. Et dicit C.y.
in l.fi.C.eod.titulo,de queſtio. quod fama non eſt ſufficiens indi
cium,niſi coadiuuetur alia coniectura,vel indicio,⁊ vide Bar.
in trac.de queſtio.⁊ infra eodẽ,l.fi.⁊ quod ibi dixi in apoſtil.ma
gna.⁊.Bar.in l.j.§.idem Cornelio.ſupra eo.vbi vide.⁊ Imo.po
nit in l.fi.ſupra de heredi.inſtituen.⁊ Bal.in l.milites.C.de que
ſtio.⁊ ibi etam quid de notoria.

dd Alex.¶ Quero,ſtatutum.Adde Bal.in l.proprietatis.C.de p
ba.⁊ Anto.de But.in d.c.veniẽs.de teſti.j.⁊ ex dictis nota,ꝙ nõ
ſufficit probare famam ſimpliciter.Ad quod vide no.p doct.in
l.fi.C.eo.⁊ in l.cũ quidã.§.quod dicitur.de acqui.here.⁊ Saly.
in d.l.ea quidem.C.de accuſa,Bald.Ang.⁊ Salyc.in d.l.ea qui
dem,in x.que tenẽt quod ſi teſtis interrogetur ſupra fama , quare
ſic opinatur,de eo ꝙ ſic opinatur,non tenetur reſpondere , p ea
que habẽtur in l.ſolã.C.de teſti.Adde que no.Bal.in l.diffama
ri circa princ.C.de ingenu.manu.⁊ adde Bart.⁊ Saly.in l.ſecu
rionũ.C.de penis.⁊ ibi Bal.⁊ cũ Bar.tranſit Bal.in d.l.ꝓprie
tatis.C.de pbat.ſʒ.Bal.in l.vbi adhuc.C.de iur.do.in ver.que
rit glo.ſimpliciter videtur dicere , quod non ſit neceſſe interro
gari vnde,vel ex quẽ cauſa habuit ortum.Ad quod videtur con
cordare Sal.in d.l.ea qdem.in x.q.quem retuli,⁊ vide Sal.i d.
l.proprietatis.in fi.Adde quod fama nõ probat aliquẽ crimino
ſum eſſe,q2 maior eſt probatio indiciorũ,quam fame . iuxta no.
per Imo.in c.ſicut.de ſimo.⁊ Bal.in l.cũctos populos,⁊ ibi ali
qua vide de materia.C.de ſumm trinit.

ee Alex.¶ Ulti.quero.Appellatione fama intelligitur de vltima,
in publica,que trahit originẽ ex probabilibꝰ cauſis, ſcdm Bal.
in d.l.proprietatis ⁊ do.Anto.in d.c.veniens.j.de teſti.

§ **In cauſis.** Opp.de l.quicunque.§.fi.⁊ l.cum ſeruum.
C.de ſer.fugit.Huius timore dicit gl.quod
controuerſia ſit quatuor modis vide gloſ.hic in verb.requiri.

LEX XI.

**Etiam** De intellectu huius legis,vidiſtis ſ.eo.l.di
nus.in fi.⁊ videbitis.j.e.l.vnius.§.ſeruus.

LEX XII.

**Si quis** De intellectu huius legis, dic vt ſ.eod.
l.j.§.ſi quis dicatur.

LEX XIII.

**Certo** Dic de hoc plene in l.ſi poſtulauerit.ſupra
de adulter.

LEX XIIII.

**Statuliber** Opp.de l.ſtatuliber a ceteris,in
prin.ſ.de ſtatuli. Sol.vt plene
dicam de intellectu huius legis j.tit.j.l.j.

LEX XV.

1 ☞ Liber homo productus in teſtem an poſſit torqueri.

**Ex libero** Hec ẽ bona lex.No.ꝙ quãdo liber
homo,nõ vacillat,nõ põt torqueri
alias ſecus.Quero,vtrũ hoc habeat locũ in cauſa ci
uili:Gl.dicit ꝙ ſic,l.diuus.primo reſpõ.ſ.eo.† Pro
1 huius declaratione quero,an liber[a] homo ꝓductus teſtis,poſ
a ſit torqueri:Circa hoc debetis ſcire.Quidam ſunt liberi homi
nes poſiti in dignitate clericali , ⁊ iſti non poſſunt torqueri , ſed
alias de falſo puniũtur,l.preſbyteri.C.de epi.⁊ cleric.Quidam
ſunt alij poſiti in alia dignitate,vel nobilitate, vel officio ſecula
ri.⁊ iſti poſſunt torqueri pro teſtimonio in vno caſu tm̃, ſcilicet ſi
vacillant,⁊ ſic aures iudicis offendũt.l.nullũ.in prin.C.de teſti.
Quidã ſunt alij teſtes in dignitate nõ poſiti,⁊ tũc ſi quidẽ ſunt di
uites,⁊ bone opinionis,nõ poſſint torqueri,niſi in duobus caſi
bus.Primus eſt,ſi vacillãt,vt hic.Scdõs,ſi cõuincunt de mẽda
cio,eo ipſo,ꝙ aſſerant ſe nõ interfuiſſe negocio,⁊ ab alijs cõuin
cunt ꝙ interfuerũt,l.vniꝰ.§.teſtes.j.c.Quidã ſunt liberi homi
nes viles,vt artifices faciẽtes viles artes , obſcuri, ⁊ ignoti for
ſan,⁊ iſti ſcdm quoſdã nũquã admittunt,niſi cũ tormentis , vt in
aut.de teſti.§.ſi vero ignoti.⁊ §.ſi vero nõ huiuſmodi,⁊c.⁊ ibi gl.
ꝙ videt tenere Azo in ſumma.C.de teſti.⁊ in ſumma aut. Mi
hi vr̃,quod hoc nõ ſit bene dictum p l.diuus.§.fi.ſ.e.vbi depor
tatus in inſulã , ⁊ etiã ſtatuliber, nõ torquent ſicut alij liberi ho
mines,⁊ cõſtat illos eſſe viles,⁊ obſcuros.Preterea tex.i d.§.ſi
vero ignoti.ad hoc vt torqueant,reqrit duo,ꝙ ſint viles ⁊ igno
ti:itẽ ꝙ tentẽt corrũpere veritatẽ,tunc poſſunt torqueri: ⁊ ideo
dico ꝙ iſti viles homines admittunt ad teſtimoniũ ſine tortu
ra,non tñ adhibetur eis tanta fides,ſicut alijs,l.ij.⁊ iij.ſ.de teſti.
poſſunt tñ torqueri in caſibus:Primo,ſi vacillant,vt hic, ⁊ d.§.
ſi vero ignoti.Secundo.ſi conuincãtur de mẽdacio,l.vnus.§.te
ſtes.j.eo.Tertio,quãdo ſpõte vadunt ad dicendũ teſtimoniũ,d.
§.ſi vero ignoti.in verbo.feſtinantes,⁊ probat v.q.v.can. illi q.

AD DITIO.

a Alex.¶ Quero an liber.Que pſone,⁊ qñ poſſint torqueri,ſi ſint
inducte in teſtes,adde gl.⁊ ibi no.in l.nullũ. C.de inſa. Et adde
ad intellectũ , quod in ſubſidiũ queſtionis qñ haberi nõ poſſunt
teſtes integri,ſeu habiles admittunt teſtes non idonei, ne veri
tas occultet,ſiue cauſa eſt criminalis,ſiue ciuilis ex crimine,vel
ex contractu, aut quaſi vt probatur in l.diuus.ſ.eo, iuncta aut.
ſi teſtis productus dicatur.C.de teſti,⁊ in c.forus de ver.ſignif.
Idẽ probat in l.cõſenſu.§.virũ etiã.⁊ §.ſeq.C.de repu.⁊ in d.c.ve
niẽs.j.⁊ in c.cũ I.⁊ A.de re iu.⁊ in l.fi.⁊ ibi no.C.de teſti.Hoc ta
men debet intelligi,niſi teſtes idonei nõ eſſent ex defectu fame.
vel ſtatus,vt q2 ſunt criminoſi,vel infames de iure, vel de facto
ſerui:q2 nõ debẽt tũc admitti ſine tormẽtis.l.ob carmẽ.§.fi.de te
ſti,ſ.canonizata iij.q.iij.§.itẽ in criminali.ver.ſi autẽ rei.⁊ in c.
cũ P.de acc.⁊ idẽ tenet Io.An.in c.cũ in contẽplatione de reg.
iur.hic alle.in antiquis.licet Bar.videat tenere contrariũ, ſcili
cet ꝙ in cauſa ciuili nõ erunt torquẽdi liberi homines ꝓducti in
teſtes,etiam viles,vel infamee: ſecꝰ autẽ qñ nõ ſunt idonei alio
reſpectu,quam ratione infamie,vel criminis,vel ſtatus:q2 licet
admittantur in ſubſidium,admittunt tamen ſine tortura,vt no.
in d.l.cõſenſu.§.ſuper plagis.⁊ d.c.veniens.Pro hoc etiam fa
cit ratio c.cũ dilecti.de elec.⁊ in c.euidẽs.qui mat.ac. poſ.⁊ hoc
videt de mẽte do.Ant.in c.ſuper.⁊ in c.cũ a nobis de teſti.licet
Inn.ſenſerit c͡trium in c.ex literis.de tranſ.vbi ſenſit,ꝙ aduoca
tus admittit in ſubſidiũ in teſtẽ,p clẽtulo:ſed dʒ torqueri.⁊ ad
de ꝙ no.Bar.in l.j.§.idẽ Cornelio.ſ.e.Uide que no.Imo.i d.l.
ſi quis poſt.de teſta.⁊ ꝙ dixi in l.in queſtionibꝰ.ad leg.Iul.ma.
De forma aũt torquẽdi teſtes,vide j.e.l.vniꝰ.§.teſtes torquẽdi.
vbi p Bar.⁊ p Bal.in l.data opa.vſu.⁊ no.vbi teſtes torquẽt.C.
q ace.vbi dt,ꝙ ſufficit torqre duos , vel tres teſtes factũ ſciẽtes:
q2 tortura eſt refrenãda:De materia plene per Pau.de Leaza.
in cõmẽto c.grauis.de depoſito.vbi late p eũ quis poſſit torque
ri.Et quid in clericis,adde ꝙ dicit not.Bar.hic,⁊ vide eundem
in l.j.in pn.ſ.e.⁊ gl.no.xv.q.v.preſbyt.⁊c.fi.Bal.C.e l.indices.

1 ☞ Minor non torquetur ad aliquem condemnandum,ſed vt
ex eius dicto ſumatur indicium.⁊ veritas inquiratur.

§ **De minore** Op.ſ.ad Syl.in l.j.§.impuberi.So.
1 Minor nõ† põt torqueri vt ex eius
dicto aliquis condemnetur,vt hic:ſed vt ex eius dicto ſumat in
dicium,propter quod veritas inquiratur,bene poteſt torqueri.
hoc eſt,ferula,vel habena cedi,vt no.in talis.in j.gl.C.de his q.
vt indi.⁊ ad Senatuſ.Sylla.d.l.j.§.impuberi autem.

LEX XVI.

1 ☞ Teſtis reuerſi dictum quando valeat.

**Reperi** Op.de l.vniꝰ.§.j.j.e.Sol. vt ibi dicã.⁊
ibi apparebit intellectus huius legis.
1 ¶ † Ulti.inducit gl.hãc legẽ in arg.ad reuerſionẽ te
ſtiũ,vide gl.j.que incipit,arg.ad reuerſionẽ. de reuer
ſione teſtis debes ſcire breuiter.Quãq; teſtis a iudice repetit,vt
a puta.vt dictum ſuũ declaret[a],vel rationem ſui dicti reddat,⁊ hoc
b põt iudex[b],vt extra de teſtib.cum clamor.⁊ no.in aut.de teſti.§.
q2 vero.in gl.ma.⁊ arg.huiꝰ legis. Quãq; teſtis reuertit ſuo mo
tu,⁊ tũc ſi reuertit incõtinenti,audit.ſecus ſi ex interuallo.vt no.
d.§.q2 vero.⁊ extra de teſti.c.preterea.⁊ dixi vobis ſ.de fal.l.eos

ADDITIONES.

a P.Pau.P.¶ Dictum ſuum declaret.Uide Ang.cõſ.ccxcvj
Ex alia cauſa etiam teſtes repetuntur,vt per Ang. in trac.male
fi.in ver.comparuerunt inquiſiti.

b Alex.¶ Poteſt iudex.An teſtis qui vult repeti ſit audiendus,
vide Bar.in l.iiij.§.hoc autem.de dam.infe.in iij.q.Inquãtum
hec lex inducit,ꝙ teſtis cogit declarare dicta ſua, adde fortius
quod etiam cogitur declarare declarationẽ dicti ſui,ſecundũ gl.
not.xxxv.q.ix.braue.⁊ not.Bar.in l.ſi quis intentione.ſ.de iu.
⁊ l.inter ſtipulantem.in prin.de verborũ obligationibus,⁊ dum
Bar.hic dicit de teſte,qui proprio motu reuertitur,vide glo.q̃
non eſt alibi,in aut.de teſte.§.q2 vero. quod apertis probationi
bus nõ poſſunt teſtes repeti.Et ipſam alle.hic Bar. vide ꝯ hoc
in c.cũ Ioãnes.in gl.no.de fi. inſt.Et vide quod dicit Bal. in l.
veluti.ff.de edẽ.Qñ teſtes repetunt,an debeãt iterũ iurare,Bal.
quod non,in d.l.heredes palã. §.ſi quid.in fi.de teſt.ff.In cõtra
riũ videt caſus in l.qui bona.in §.ſi quis ſtipulaturus.ſ.de dã.
infe.Ad hoc vltimum vide quod dixi in l.per hãc.C.de tẽp.ap.
vide in Spe.de inquiſi.§.nunc vero.ver.ſed nũquid publicatur.
Et ante publicationem an poſſint teſtes induci,dicit Spe.quod
nõ,niſi ex cauſa vt ſi non fuit primo examinatus, vel ſi nõ fuerit

de omnibus recordatus, a iam tanquã ſuſpectus repellit, in tit.
de teſt. §. ſatis vtiliter. verſ. ſed nũquid ante publicationem. ⁊ vi
de que dixi in aut. at qui ſemel. C. de proba. His adde etiã Spe.
a in tit. de inquiſi. §. nũc vero. ver. ſed nũquid publicatis, ⁊c. Item
repetuntur de nouo teſtes, ſi acta ⁊ atteſtationes ſint perempte,
1 vt in d. c. ſi. de proba. cũ materia. ⁊ Bal. in l. veluti. ff. de edẽ. ⁊ ꝑ
Bart. ⁊ Saly. in d. aut. ant qui ſemel. Et de materia repetitionis
iſtius, vide que no. Inn. i c. tuas. de teſtib. Et an teſtis poſſet re-
peti, vt reddat rationẽ dicti ſui, vide Bal. in d. aut. at qui ſemel.
a C. de pba. ⁊ ibi plene ꝑ eum de hac receptione. Repetũtur etiã
teſtes, ſi redarguatur de falſo, ſicuti inſtrumenta, l. fin. ⁊ ibi vide
Bal. in ſi. C. de ſi. inſtr. ⁊ dicit Bal. in l. ſi. de re iu. quod ſi iudex
non plene interrogauit teſtem, fit repetitio, ⁊ hoc iudex poteſt ex
officio ſm Bar. in d. l. iiij. ſi. hoc autem. in iij. q. de dam. infect.

1 ☞ Reus quando de ſocijs poſſit interrogari.

1 §. **Is qui** Opp. de l. prius. ſ. ad Syl. gl. dicit. † ꝙ hec 1
eſt regula, ꝙ non debet de alijs interrogari,
a [a] qui de ſe confitetur, vt hic, ⁊ l. ſi. C. de acc. ⁊ fallit in caſibus, qui 2
ponũtur in d. l. vl. C. de ac. ⁊ fallit in d. l. prius. ſ. ad Sylla. Sed I
iſtud dicere fallit eſt leue. Sed mihi videtur ꝙ debeamus dice
re ſic, Quedã ſunt delicta, que non committuntur principaliter
in offenſam alicuius, ſeu odiũ: ſed ꝓpter cõmodum committen-
tium, vt falſare monetam, ſeu fabricare falſam monetã. Item la
trocinia facere. nã latrones nõ odiunt aliquem, ſed diligunt es
alterius, ⁊ iſto caſu poteſt interrogari de ſocijs, ⁊ ꝓbat in l. diu⁹
b ſupra de cuſt. reo. ⁊ l. puinciarũ. C. de fe. ⁊ l. ſi. C. de male ⁊ mat. [b]
Ita intelligo l. qui viſimo. j. tit. j. ⁊ ita intelligo l. ſi. ſ. ad exhib.
Quedã ſunt delicta, que committũtur principaliter in alterius 1
iniuriã, ⁊ odium, ⁊ in iſtis cõfeſſus de ſe nõ debet interrogari de
alijs. vt hic, ⁊ l. ſi. C. de accu. [c] fallit i caſu dicte l. prius. ſ. ad Syl
c la. Ex predictis dico, [c] ꝙ fures poſſunt interrogari de ſocijs, ⁊ ꝺ
receptatoribus, ⁊ ſimilibus, arg. d. l. diu⁹. ſ. de cuſt. reo. Ratio a
predictorum eſt, quando committitur delictũ in alicuius iniu-
riam eſt, qui alios delinquẽtes poteſt accuſare: ſed non eſt ita in
delictis, que nõ committuntur principaliter in alterius iniuriã
ideo magis permittuntur iudici inquirere.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ De alijs interrogari. An quis ſit interrogandus de ſo-
cijs, vide etiam Ang. in l. ſi filium. in ſi. gloſ. magne. C. de liber.
cauſa. Et quis poſſit interrogari de ſocijs, adde tex. ⁊ que ibi ha
bentur in h. j. de cõfeſ. vide ſ. e. l. j. §. qui queſtionem. ⁊ §. queſtio
ni. Et facit. an vnus ex delinquentibus poſſit contra alium teſti
ficari, de quo in Spe. ꝺ teſte. §. j. ver. quid ſi quatuor, ⁊ quod no.
C. de acc. l. j. ⁊ ꝑ do. Io. de Imo. i c. ſignificaſti. de homici Adde
quod dicit Bar. in l. ij. §. pe. de iure fiſci, ꝙ quis poteſt retineri,
vt manifeſtet ſocios, vel mandatores, vel aliud quid faciat, quod
eſſet iuſta cauſa carcerandi, ⁊ Ang. not. in l. ⁊ ſi certus. ff. ad Syl
lania. vide ꝙ dixit Spe. in tit. de inquiſitione. §. ij. ⁊ dici. Saly.
in l. ea quidẽ. C. de accu. ver. ſed q2 propter denunciãtes, quod
licet dicto ſocij nõ credatur, l. ſi. C. de accuſat. tñ eius dictum eſt
ſolũ ſufficiẽs ad inquirẽdũ, l. j. §. ſi qs vltro, ſ. eo. ⁊ vide gl. no.
in l. fin. C. de accu. ⁊ an faciat indicium, vt poſſint teſtificari ſocij
criminis, no gl. in l. filium. C. de liberali cauſa. ⁊ Bar. in l. j. §. ſi
ſeruus. ſ. eo. ⁊ gl. in d. l. filiũ. dicit, qꝺ non facit indicium. a Sal.
in d. l. ſi. C. de accu. aliter diſtinguit, ⁊ in alia materia: q2 aut tor
quendus eſt ſeruus, ⁊ poteſt interrogari de ſocijs, l. quicunq;. C.
de ſer. fug. ⁊ l. j. ſ. e. Aut ſumus in criminibus, que ſine ſocijs re
gulariter non committũtur, vt in falſificatione monete, ⁊ in cri-
mine leſe maieſtatis, ⁊ interrogari poteſt. l. prouinciam. C. de fe
rijs. Itẽ quando tendit ad ſalutem communem omnium. l. ſi. C.
de maleſi. ⁊ mathe. quod no. ſecundum eum, ⁊ ideo dicit ipſe, ꝙ
in caſibus, in quibus poteſt interrogari de ſocijs, tunc bene lo-
quitur Bart. hic vnde videtur, quod ſocius preiudicet ſocijs, ⁊
probet, ⁊ indicium faciat: ad hoc faciũt no. in l. maritus. ſ. eo. in
queſtione illa, an teſtis, q non poteſt examinari, examinatus fa-
ciat indicium. De quo vide no. per Spec. in tit. de accuſa. §. j. ⁊
verſic. item repellitur, q fuit de ſocijs. De materia per Canon.
no. in c. j. de confeſ. ⁊ omnino vide que dixi in l. §. ſi ſeruus. ſ. in
apoſtilla, vbi alleg. Hy. in tracta. de queſtionibus.

b Alex. ¶ De malef. ⁊ mathe. Ad hoc facit gl. ⁊ quod ibi Bal. i l.
non ideo minus. C. de accuſatio. quod in aſſaſſinatu põt ſepi⁹ in
terrogari de ſocio. Pro cuius doctrina Bart. doctrina hic nõ
poſſet eſſe melior.

c Dom. ¶ Ex predictis dico. Vide Alex. cõſi. cxxvij. i ſi. vol. iiij.
⁊ Roma. cliij. in ſi. ⁊ Aret. l. j. ⁊ vide Alexan. conſi. lxxiix. volu.
iij. vbi ponit pulchre de hoc an ſocius criminis poſſit interroga
ri, ⁊ quibus caſibus, ⁊ quam fidem faciat, ⁊ hic in apoſtil.

LEX XVII.

1 ☞ Coniuncta perſona poteſt eſſe teſtis pro coniuncta contra
aliam coniunctam.

**Extraneo. §. De queſtione.**
Nota, quod ſeruus communis torquetur pro non do
a mino cõtra dominum. Facit ad queſtionem, a vtrum
aliqua coniuncta perſona poſſit eſſe teſtis pro perſona ſibi con-
1 iuncta. † contra aliam perſonam eque ſibi coniunctam ⁊ hic vi-
detur quod ſic, l. hoc quod placet. C. eo. tit. ⁊ videtur tex. in l. nõ
ſolum. §. j. ſ. de ritu. nup. ⁊ in Spe. de teſte. §. j.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Facit ad queſtionem. De hac queſtione, vide no. per do
ctores in capit. poſtremo, de appel.

§. **De ſeruo.** Opp. de l. i. §. idem Nummio. ſ. eo. Sol.
ibi deſijt eſſe domini delicto ipſius domi
ni: hic delicto ſerui. Non ſunt alia.

LEX XVIII.

1 ☞ Teſtes poſt publicatas atteſtatiões in cauſa criminali poſ
ſunt examinari ad offenſam, quod conſuetudo non ſeruat.
2 Tortura poteſt repeti, quando iudici videtur.
I Animus, ⁊ corpus in tormentis dicitur durare, quãdo propter
tormenta non confitetur, nec habet animum confitendi.

**Vnius facinoris** De hoc dic. vt i l.
j. §. j. ſ. eo. titu.
§. **Reus.** Hic eſt bonus §. j Op. ſ. eod. l. repe-
ti. i prin. So. illa intelligitur ſcdm i-
ſtam, verũ demum poſſint repeti tormenta, ſi de nouo ſuperue-
niunt indicia euidentiora p̃mis. Ita intelligunt hanc legem
Iac. de Are. ⁊ Cy. C. eo. l. ſi. in ſi. ⁊ ita tenebat do. Ray. Secũdũ
1 hanc lecturã † habeo caſum hic, quod etiam poſt publicationem
teſtiũ in cauſa criminali poſſunt recipi teſtes ad offenſam, quod
apparet. Nã primo procedebãt indicia. propter que fuit tortus
illa indicia nõ potuerãt apparere, niſi publicatis teſtibus, cum
a ſup illis indicijs debuit diſputari, vt vidiſtis in l. cuſtodias. a ſ.
de publi. iudi. cũ de nouo ſuꝑuenerũt indicia, ergo de nouo fue-
rũt teſtes examinati. Ad defenſam nõ eſt dubiũ, ꝙ poſt publica-
tionem teſtiũ teſtes poſſunt de nouo recipi, vt vidiſtis ſ. eod. l. j.
in ſi. ⁊ videbitis ſtatim in §. cogniturũ. j. ead. l. licet iſta le. ſic no.
b tñ conſuetudo nõ obſeruat, [b] imo queſtio [c] repetitur indiſtincte,
c cũ iudici videt, ⁊ ideo intelligo legẽ noſtram alio modo, ⁊ ita pra
⁊ cticat. ⁊ Quandoq; apparẽt ꝯrium indicia leuia non multũ ma-
nifeſta, ⁊ multũ vrgentia, tũc queſtio de eo nõ debet repeti. Quã
doq; ꝯ reum apparent indicia manifeſta, ⁊ euidentiora, ⁊ multũ
vrgẽtia tũc ſi in prima tortura reus nil dicit, ⁊ ſtat durus pote-
d rit iterum torqueri ⁊ repeti, [d] vt hic, ⁊ l. repeti. ſupra eodem. ſed
hoc qꝺ hic ꝺt euidentioribus argumentis, expono euidentiori-
bus argumẽtis, quã ſint alia argumenta leuia, que conſueuerat
apparere ꝯ reos: ſed ſcdm primam lecturam expone, euidẽtio-
ribus argumẽtis, ſcilicet quam fuerũt prima argumẽta ꝯ reum
3 habita. † Dicitur hic, maxime, ſi in tormentis animus corpuſq;
durauerit, quero quando durat in tormentis animus ⁊ corp⁹?
Reſpond. quando propter tormenta non habet animum confi
e tendi, nec confitetur: [e] ſed quando confitetur. ⁊ non perſeuerat,
tunc non durat animus, ⁊c. ⁊ tunc poteſt repeti in queſtione: qꝺ
apparet ex eo quod text. dicit maxime.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ In l. cuſtodias. Qñ dicant noua indicia, dic, vt ſi ſuꝑue-
niãt probationes diuerſi iudicij, nõ eiuſdẽ, arg. eorũ que habent
in l. per hãc. C. de temp. app. Et cũ Bar. hic trãnt Sal. in l. y. C.
de cuſt. reor. vbi videas. Et qd ſi reus eſt cõuictus per varias p
bationes, an poſſit a iudice torqueri ad hoc, vt cõfeatur an poſ
ſit appellare: Bar. videtur tenere quod ſic, in l. j. C. de iura. calũ.
⁊ ita dicit de facto nunc iudices ſeruare. Et ſic innuit iſto caſu
reum in tormentis repeti poſſe. Cõtrarium videt tenere Ange
in l. ⁊ ſi certus. ſ. ad Sil. ⁊ Ang. in ſuo trac. de queſtio. vide Bal.
in l. milites. C. eod. plene ꝑ Io. And. in regula cũ ſit contempla-
tione, in antiquis de reg. iur. ꝑ Hy. in tracta. de queſtio. Adde
ꝙ ſi reus eſt confeſſus in tormentis, põt poſtea ſemper repetit in
tormentis ſine indicijs nouis, q2 illa cõfeſſio facit ſemiplenam
probationem, ⁊ in ea cogitur perſiſtere ſecundum ꝙ not. Bald.
in d. l. bone fidei. ver. item quero de cõfeſſione. C. de reb. credit.
⁊ iureiur. Et de iſta materia etiã vide Bar. in trac. de queſtio. ⁊
per Pau. de Caz. in prealle. commento c. grauis. de depoſito.

b P. Pau. P. ¶ Nõ obſeruat. Vide Iac. de Bel. i trac. de qſtio

c And. Barb. ¶ Imo queſtio. Vide Ang. in l. ſi. C. eo. Saly. in l.
ij. C. de cu. ree.

d Claud. de Seyſſel. ¶ Repeti. Adde Alex. conſi. v. verſic. poſito
etiam quod alij teſtes, ⁊c. vol. j.

e Alex. ¶ Nec confitetur. Sed quid ſi qs nunquam cõfitetur per
tormenta, ⁊ tñ iudex hꝫ vehementia indicia contra eum. quid
debet facere iudex talis; debebit ne eũ abſoluere: Vide Saly. in
repeti. l. ea qdem. C. de accu. ⁊ in l. ſi hi q adulterij. C. de adu. ⁊ in
l. quiſquis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

l. quiſquis. C. ad leg. Jul. mai. q dicit, quod debet dari abolitio,
hoc eſt, circũduci proceſſus, vel etiam abſolui in prima inſtãtia,
quod tene pro notabili dicto. Unũ tamẽ no. ꝙ ſi teſtibus, ⁊ pro
bationibus conuinceretur, debet damnari, licet per tormenta
non confiteretur. Caſus eſt ſing. in l. qui ſententiam, C. de pe. ⁊
ibi dixi poſt Bald.

**§. In ea cauſa.** Dicitur hic, non facile, ⁊ ſic innuit, quod qñque ad tormenta proceda
tur nõ precedentibus indicijs, quod poteſt eſſe in caſu l. prius. ſ.
ad Sy. regulariter contra, vt gIc, ⁊ ſ. eo. l. j. §. j.

1 ☞ Indicijs, que requiruntur ad torquendum teſtem an de
beat adhiberi illa diſputatio circa indicia, que requiruntur ad
torquendum reum.

**§. Teſtes.** Dicitur hic niſi cũ facto interueniſſe dicun
tur, quero, a quo iſtos teſtes debet dici inter
ueniſſe facto, vt ſit locus torture? Reſpõ. debet dici ab alijs teſti
bus. vt j. proxi. Sed quero vtrũ ſufficiat dici ab vno tantu ex te
ſtibus? puto quod ſic, ſi ille vn⁹ ſit dignior iſto, qui ſe interfuiſſe
negabat: quoniam vnus teſtis facit ſufficiens indicium ad tortu
1 ram, vt dicam. j. eo. l. maritus. Secundo † quero, vtrũ in his indi
cijs, que requiruntur ad torquẽdũ teſtem, debeat adhiberi illa
diſputatio circa indicia, que requirũtur ad torquẽdum reũ, vt
dixi in l. cuſtodias. ſ. de publi. ind. Reſpõ. quedã veniunt exa
minanda pro tortura teſtis, que cauſã principalẽ de qua agitur
non tangunt: vt puta, an ſit ſeruus, vel liber. Item an ſit vnus de
litigatoribus, an nõ: ⁊ iſta indicia prius examinantur, ⁊ excutiũ
tur, l. ſi quis ne queſtio. ſ. eo. ti. ⁊ l. j. §. ſi quis dicatur. ſ. eo. ti. Que
dam ſunt indicia, que cõprehendũtur ex dictis, que cauſã prin
a cipalem tangunt, tunc circa illa nõ debet adhiberi a diſputatio
cũ aduocatis, ſed cõmittitur iudici. Ita debet intelligi hic, ⁊ j.
l. proxi. ⁊ in auth. de teſti. §. ſi vero ignoti. ⁊ C. de teſti. l. nullum.
Non habetis hic alia.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Non debet adhiberi. No. bene quod quãdo torquẽtur
teſtes, non ſeruatur forma l. cuſtodias. ſ. de pub. iud.

1 ☞ Domeſtic⁹ alicui⁹, licet deſierit eſſe, an poſſit, pro eo teſtificari

**§. Seruus in eius caput.** Facit i argu
ment. ꝙ ille
1 qui fuit domeſticus † alicuius, nõ poſſit in cauſa eius eſſe teſtis.
⁊ examinari, licet deſierit eſſe domeſticus. De hoc dic vt dixi ſ.
eod. l. j. §. ſi ſeruus.

1 ☞ Judex debet dare terminum ad faciendas defenſiones.
2 Defenſio valet facta ſine termino.
3 Teſtis in criminali ad defenſam, etiam publicatis atteſtationi
bus, examinantur.

a §. **Cogniturum** a Judex debet dare parti termi
num ad faciẽdum ſuam defenſio
1 nem, licet poſſit fieri defenſio ſine terminis. h. d. † No. ꝙ iudex b
b debet dare terminum c ad faciẽdas defenſiones, ſeu ſtatuere diẽ
c ad audiẽdas allegationes. Facit C. de iudi. auth. iubemus. Se
2 cũdo no. † ꝙ defenſio valeat ſine termino, vt hic, in ver. quãuis.
3 Tertio no. † ex eo, quod dicit, quocunque tempore, ⁊ quod ad de
d fenſam etiam poſt publicationem d poſſunt recipi teſtes, vt hic, ⁊
l. j. in fi. ſ. eodem.

ADDITIONES.

a Poma. ¶ Cogniturũ. Uide Bald. in l. crimine. ff. de adulte. ⁊
do. Card. in c. de cauſis. de teſti.
b P. Pau. P. ¶ Quod iudex. Uide Ang. in trac. malefi. ver. q
iudex ſtatuit terminum. in prin.
c Alex. ¶ Dare terminũ. Adde l. iij. §. ſi ad diẽ. ff. de re mili. videt et
Bar. ⁊ Imo. in d. l. cuſtodias. §. j. ſ. de pu. iudi. ⁊ Saly. i l. ij. C. de
cuſt. re. ⁊ no. gl. in l. j. ſ. de fur. balne. ⁊ Saly. i d. l. ij. C. de cuſt. re.
ibi Bal. põt tamẽ iudex ex cauſa tollere, ſ; Bal. i l. a procedẽte.
C. de dilati. quod omnino no. ⁊ vide Bar. i l. i crimine. ſ. de adul.
d Alex. ¶ Poſt publicationẽ. Et idẽ videtur ſentire gl. in l. ij. C. de
edẽ. ⁊ iſtũ tex. alle. Bart. in l. fi. i pe. q. j. c. intellige ſi petat. ⁊ vi
de Bal. in l. nouerint. C. vt intra cer. tẽpus. Itẽ poteſt ex cauſa
iudex tollere, ſecundũ Bal. in d. l. cũ reis. C. de pe. Et quid ſi eſt
confeſſus: an audiatur reuocans, vide Bal. ⁊ Sal. in d. l. fin. C. de
proba. in fi. vide Bal. in l. milites. C. e. ⁊ ſ. ea. l. in priñ.

LEX XIX.

**Scui** Ibi, ni ſi aliorum qſtionibus. intelligo, ꝙ
per alios de mendacio conuincatur, ⁊ di
catur interfuiſſe facto, vt dixi ſ. l. proxi. §. teſtes.

LEX XX.

1 ☞ Dictum vnius teſtis idonei facit indicium ad torturam.
2 Indicia ſequentia non confirmant torturam.
3 Teſtis examinatus qui non debuit examinari, quando faciat
indicium.
4 Juramentũ in ſupplementum probationis, an habeat locum in
cauſis criminalibus, ⁊ quando aliud iuramentum, quod defer
tur a parte parti.

**Maritus.** Teſtis qui nõ dz examinari propter
partis reuerentiã examinatus non
a facit iditiũ, neque probat a. h. d. No. tex ibi, ⁊ teſtimo
niũ vni⁹ hominis. ⁊c. Op. ⁊ videt quod debuit huic
actori deferri iuramentũ, qui habebat p ſe vnũ teſtẽ, l. in bone
dei. C. de iureiu. ⁊ l. admonẽdi. ſ. de iureiu. Sol. hic maritus nõ
poterat ſcire veritatẽ de negotio, q2 agebat ex perſona alteri⁹,
† ⁊ ex eo qd erat factũ eo abſente, vt dicit gl. qd in ſe ſatis placet.
Alia eſt, quod hic loquitur in criminalibus, ſed leges 9tra in ci
uilib⁹. hec nõ placet, quo ad legẽ iſtã: q2 etiã lẽ hic loquti in ciuili
bus: ſed an in criminalibus ſit locus delationi iuramẽti, vel nõ
dicã ſtatim. Tertio ſolutio eſt, ⁊ iſta eſt vera, quod ex dicto vni⁹
teſtis deferẽ iuramẽtũ, qd teſtis eſt idone⁹: ſ; filius liberti. nõ eſt
idone⁹ teſtis, q2 põt reuocari i ſeruitutẽ, l. fi. C. de libert. ⁊ eorũ
1 lib. ⁊ ideo ex eius dicto nõ põt deferri iuramẽtũ. ¶ † Secundo
op. ⁊ videt qd dicto vnius teſtis ſtetur, l. omnes. §. a barbaris.
j. de re mili. Sol. ſtat, vt faciat indicium, nõ vt faciat pbationẽ.
Ad idẽ l. Theopompus. ſ. de dote preleg. Sz ad hoc opp. ergo
debuit hic puniri ad queſtionẽ ancille: q2 p ſe habuit vnũ teſtẽ
Gl. dat plures ſolutiões, ſed veritas colligitur ex duab⁹, ſcz, ex
prima, ⁊ vltima. Nã hic fuit reprobata queſtio propter duo. Pri
mo, q2 torta fuit ancilla pro domino. Secundo, q2 nõ precedebat
Idicium. ⁊ illud quod dicitur, quod vnus teſtis facit indiciũ, eſt
b verum in teſte idoneo b, ſed non erat idoneus teſtis, q2 erat fi
lius liberti. Et qd vnus teſtis faciat indiciũ ad torturã, habes,
gl. in l. quiſquis. C. ad leg. Jul. maie. Facit qd notat in l. in bone
dei. C. de iureiu. ⁊ l. admonẽdi. ſ. de iureiur. Et hec eſt vera ſol.
2 † Itẽ ſoluit gl. alio modo, q2 hic fuit pri⁹ habita queſtio, poſtea
fuit examinatus teſtis, ⁊ ſic indiciũ ſequit, ⁊ nõ pcedit, ꝙ no. nã
e indicia ſequentia e nõ cõfirmãt queſtionẽ, ſeu torturã precedẽtẽ.
¶ Ulterius opponit extra gl. quod teſtis, qui non debet exami
d nari, examinatus faciat indicium d, l. j. §. impuberi. ſ. ad Sylla.
3 dixi ſ. eo. l. ex libero. §. j. Pro cui⁹ † declaratiõe debes ſcire qd
teſtis qui nõ debuit examinari, propter reuerentiã perſonarum,
tunc examinatus nõ facit indiciũ, vt hic, ⁊ l. diuus. ⁊ l. j. §. diuus.
⁊ §. diuus Seuerus. ſ. eo. Quandoq; teſtis nõ debet examinari
propter etatẽ, ⁊ tunc examinatus nõ facit indicium plenum, ſz
qualequale, d. l. j. §. impuberi. C. ad Sylla. not. in l. talis in gl. j.
ad Syl. Idẽ puto de teſte qui nõ dz examinari propter ſexũ, vt i
muliere eadẽ ratione. Qñque teſtis nõ debet examinari propter
infamiam, ⁊ tunc examintus facit indiciũ qualequale, l. qui vlti
mo. j. ti. j. Quãdoq; nõ debet examinari propter inimicitiã, tũc
examinatus facit indicium, vel non facit, ſecũdũ qualitatem ini
micitie, vt. ſ. eo. l. j. §. pe. Quãdoque teſtis nõ debet exãinari ra
tione ordinis, q2 ante litis conteſtationẽ, vel parte non citata, ⁊
tunc puto qd non facit indiciũ, l. ſi quis adulteriũ. ſ. de adul. ⁊ C.
4 de teſti. l. ſi qui. in fi. facit quod dicã. j. eo. l. fi. ¶ † Ulti. quero an in
e criminalibus ſit locus delationi iuriſiurandi e? Gl. hic dicit, qd
nõ. Cõtra tenet gl. in l. iij. circa prin. ſ. de iureiur. ⁊ C. de iureiu
in bonefidei. Breuiter quicquid dicã doc. ego dicã illud, qd puto
verũ, aduertatis, qñque agitur de crimine ciuiliter, tũnc ſi qui
dẽ eſt actio priuata eſt locus delatiõi iuramẽti, l. iij. in prin. ibi
ſine penali, ⁊c. ⁊ in l. duo patroni. §. idẽ Julianus. ſ. de iureiur.
Sed ſi ageretur actione pupillari, dic vt l. cũ qui. §. in pupillari
bus. ſ. de iureiu. Si vero agit criminaliter tũc aut loquitur de
iuramento deferendo a parte: aut iuramẽto deferẽdo a iudice.
Primo caſu, ſiquidẽ accuſabat de aliquo iudicio publico, nõ eſt
locus delationi iuriſiurãdi ante litis cõteſtationẽ: q2 negotium
nõ eſt adhuc propriũ accuſantis, l. ſi cui. j. de ver. ſigni. ſz poſt li
tem conteſtatã, idem: q2 nõ eſt locus delationi iuriſiurandi. Ra
tio eſt. Ne ſi quidẽ reus in litis conteſtatione fuerat cõfeſſus, nõ
põt ſibi deferri ad abſolutionẽ, q2 actor eſſet in manifeſta calum
nia, ergo, ⁊c. l. cũ q. §. in pupillaribus. ſ. de iureiu. Itẽ ſi negaue
rit, eſt verũſimile qd iterũ neget, l. ſi cui. §. fi. ſdem. ſ. de acc. ⁊ ideo
deferẽdo ſibi iuramẽtũ. vt videt calũniari. Preterea i iudicio
publico qs videt noĩe publico accuſare, ⁊ cãm publicã agere:
ſz ille. qui agit cãm alienã, nõ põt deferre iuramentũ niſi ei ſpe
cialiter ſit mãdatũ, l. iuſiurandũ qd ex cõuentione. §. fi. ⁊ l. tutor.
ſ. de iureiu. Preterea ſi qs poſſet deferre iuſiurãdũ reo, iã tota
materia Turpiliani eſſet deſtructa: q2 daret licẽtia accuſatori de
ferendi iuramẽtũ reo. ⁊ deſiſtendi impune quod tñ nõ põt ſine
abolitiõe. Et hoc eſt verũ, qd nõ põt deferri reo ad abſolutionẽ
vt dixi. Sed an reus poſſit deferre accuſatori ad condẽnationẽ
vt q2 dicit volo eſſe condẽnatus ſi accuſator iurauerit. In hoc
ſunt opinio. inter Guli. de Cug. ex vna parte, qui dicit quod
non poteſt fieri: q2 de domo accuſatoris non debet probatio re
cipi, l. de minore. §. tormenta. ſupra eodẽ ergo non decet fieri
eius iuramẽto. Preterea in criminalibus debẽt eſſe probatiões

